

*Bibliothèque numérique*

**medic@**

**Cornarius, Janus. Iani Cornarii medici  
physici Dolabellarum in Paulum  
Aeginetam Libri septem**

*Basel, 1556.*

*Cote : 83*



**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**  
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/hist/med/medica/cote?00083C>

IANI CORNARI ME-  
DICI PHYSICI DOLABELLA=

RVM IN PAVLVM AEGINETAM,  
LIBRI SEPTEM.

BASILEAE, ANNO M. D. LVI.

IANI CORNARI ME-  
DICI PHYSICI DOLABELLA-  
RUM IN PAULUM AEGINETAM  
LIBRI SEPTIM.

PAULUM AEGINETAM ANNO M. D. LVII.

CLARISSIMO IURISCONSULTO D.  
IVSTO STVDAEO, PRAESVLIS FVLDEN-  
SIS CAN-  
cellario, & compatri suo charissimo, Ianus Cornarius Me-  
dicus Physicus, s. D.



VAS in Paulum Aeginetam scripsi Dolabellas, eas tibi clarissime Studae inscriptas mittere uolui, & iudicio tuo permittere, uiri pro hac aetate & grauis, & prudentis: & cuius non solum in respondendo de iure, sed in omnibus bonis studijs, iudicium exactissimum esse scio, & a nemine improbari posse, qui modo de se recte sentire uelit. Harum autem dolabellarum scribendarum haec mihi occasio fuit. Extant aliquot aliquorum aliquoties repetitae Pauli translationes, in quibus illi iuxta illud *ἀδύτοπον ἀμείνων*, satis declarant se non tam alios, aut me, & se ipsos praecipue ac praeuertisse. Nam de me non obscura fama fuit, & aperte fateor ante annos uigintiquatuor hanc translationem me instituisse, sed haecenus libenter illis cessisse, ut qui nullius gloriae inuideam, neque ullius utilitati quicquam detractum uelim. Quod si testibus res probanda sit, sunt apud me literae Andreae Alciati iurisperiti doctissimi ac clarissimi uiri, ex Biturigibus Basileam ad me anno Christi M. D. XXIIX. nonis Maij datae, in quibus maximus ille uir, & tum recens insignis nobis amicus, hortatur me, ut Pauli Aeginetae pauculos illos libros promulgem. Id enim esset, inquit, & Hippocratem, & Galenum, & Oribasium compendio edere. Sed & Hieronymus Frobenius sequenti anno postquam a Basilea digressus in patria uiuerem, ea de causa una cum literis huc inhortantibus, etiam alterum dedit ad me Pauli Graecum exemplar. Tantis itaque uiris etiam si denegandum non putarem, & alterius autoritas me impelleret, alterius benignitas etiam inuitaret: cessi tamen haecenus illis libenter, & neque adhuc a studiosorum manibus excussas illorum translationes uolo. Sed quia neque adhuc illos sibi ipsis satis placere uideo, & palam suam in multis locis, partim haesitantiam, partim ignorantiam ultro confiteri, edere tandem etiam uolui meam translationem, eamque septem dolabellarum libris dedolatam ac leuigatam, ut de nulla aspretudine conqueri quis possit, qui non ipse spinas inducat, ad nullas alioqui hic offensurus. Itaque non alijs solum nostram hanc translationem lecturis nostrae dolabellae utiles erunt, sed etiam his qui aliorum translationes legent: imo ipsis etiam illarum autoribus utilitatem de se exhibebunt hanc, ut locos in quibus haesitant, & ignorantiam suam confitentur, tandem hinc assequantur: tantum abest ut aegre ferre debeant, aut possint hanc nostram operam, nisi quis ipse sibi inuideat bona. Neque uero quisquam nostra translatione grauari potest, cum nemini inuito obrudatur, sed liberè exposita nullos ad se cogat, uolentes saltem etiam ipsa uelit ac expetat. Qui gemmarum studio tenentur, non unam aliquam ex uno illarum genere habere contenti sunt, sed multas eiusdem generis & coemere, & inter se conferre solent, mirificam oblectationem ex eo haurientes, quod alteram alteri praestare, intelligere se putant, etiam si

non parum saepe contingat, ut splendidiore politura, aut mangonum im-  
 postura fallantur, & deteriores meliori praeferant. Simile studium censer  
 debet eorum qui unius & eiusdem generis libros, ab alijs atque alijs con-  
 uersos, ac ueluti mangonissatos coemunt, atque inter se conferunt. Optimus  
 autem arbiter is est, qui iudicio non fallitur, sed eum librum qui praestantis-  
 simus est, eligit ac sequitur: reliquos eo loco habet, ut si pretium optimi il-  
 lius amplius aestimare libeat, deteriorum collatione id faciat: quemadmodum  
 inter gemmarum genera nullum esse aiunt, in quo altera alteram ita coar-  
 guat ac deprimat, ueluti si Turcica appellata ad alteram Turcicam adhibi-  
 ta diiudicetur. Proinde si hanc aleam, etiam nostrum hunc Pauli Aegine-  
 ta translationis librum subire contigerit, sicuti nullius iudicium formido,  
 doctorum etiam expeto: ita tua Iuste Studae censura deteriorum illum ui-  
 deri malim, quam aliorum nec doctrina, nec iudicio praestantium, omnibus  
 alijs praeferrari. Atque ea gratia uel maxime tum ipsum nostrae translatio-  
 nis librum, tum nostras in illum dolabellas ad te mittere uolui, ut intelli-  
 ges quod iudicio stoque cadoque tuo. Nec enim tibi charissime Compater so-  
 lum dolabellas nostras inscriptas esse putabis, sed etiam ipsam nostram his  
 praepositam Pauli translationem. Quae, etiamsi peculiariter Michaeli  
 Meienburgo Northusensi c o s. inscripta est, tamen is uir eiusmodi est,  
 ut te non illibenter ad consortium admissurus sit: sicut neque tu illum grauate  
 ad dolabellarum possessionem tecum communem admittes. Vt enim ambos  
 compatres in spiritali liberorum meorum regeneratione habeo: ita erga  
 utrumque amorem meum ex aequo & coniunctim, apud omnes

publice testatum facere uolui. Vale, Zuiccauij,

Calend. April. M. D. LV.

IANI

# IANI CORNARIII MEDICI PHY-

SICI, DOLABELLARVM IN PAVL

lum Aeginetam, Liber primus.



**P**AVLI laborem me uides.) Duobus Iambicis Senarijs premiffis, & se, & patriam suam, simulq; peregrinationis studium declarat, & opus hoc sibi uendicat. Peregrinationem certe uelut rem laudatiffimam, & medico ualde necessariam producit, ut nō temere poeta Homerus etiā de Vlyffe suo prædicarit, multorum mores hominum cognouit & urbes: nec ab re tam sepe, ex omni occasione Galenus peregrinationes suas inculcarit. Et nos quoq; rerum medicarum experiendarum gratia admodum iuuenes, maximam Europæ partem peruagati de peregrinationis laude orationem scripsimus ac edidimus.

Peregrinationis laus

Quare hoc compendium ex ueteribus collectum confeci.) Ingenua est confessio, non sua, sed ueterum placita se collegisse ac proferre profitentis. Honestum est magnos duces se qui: honestum est aliena scripta usurpare: sed turpissimum est illa pro suis edere, neq; per quem profectus fateri. Si autem Paulus Aegineta non sine magna laude, horum librorum collectionem ex prioribus medicis fecit, & græcè scriptis eadem lingua transscribendis, iisdemq; uerbis usurpandis, nomen inuenit: & hoc studium prior etiam Galenus, tum alibi, tum uel maxime in libris *ἢ τὸ πρῶτον*, itemq; *ἢ τὸ δεύτερον* inscriptis, cum gloria exercuit: expendant studiosi quid gratiæ illis debeatur, qui ex alia lingua in aliam bene transferunt bonorum uirorum bona scripta. Ego in hac seculi improbitate, si hinc ueniam consecutus fuero, gloriam nihil morabor.

Fateri per quem profeceris

Qui & ipse totum librum in quo omnem tuendæ sanitatis, &c.) Græca lectio hic corrupta est, quæ sic habere debet: *καὶ αὐτῷ πᾶσι ἀπὸ αὐτῶν ἀντιβιβλίου, ὅν ἢ πᾶσι πλὴν ὑγιεινῶν διήθησιν ὑποτύπωσι.*

Tantæ molis opus, ad multos aded uersus extentum.) Veteres uersuum multitudinem librorum magnitudinem aestimabant. Scribebant autem libros certis chartarum cancellis ac ueluti carceribus inclusi, ut ad margines non excederent, quem modum etiam impressores librorum hodie sequuntur, atq; hinc non difficile erat colligere, quanta uersuum multitudo, ad quantam libri magnitudinem deuentura esset, & ex eo tum *πολύσιχοι*, tum *ὀλιγόσιχοι* libri uocabantur. Meminit Galenus sæpe alias, & libro primo Anatomicarum aggressionum his uerbis: *λύκου τὸ σὺ γράμμα νῦν ἡμῶν ἡμιδην, μικρὸ δὲ εἰς πεντάκις χιλίους σίχους ἕκαστα μέλου.*

Librorum magnitudo uerbis aestimatur

Libri πολύσιχοι & ὀλιγόσιχοι

### IN CAPVT PRIMVM.

Hæc maxime ipsas diuexant, humorum crudorum redundantia.) In Græcis exemplaribus falsò legitur *τὸ πῶμα*, legendum enim est *τὸ πῶμα*, id est superfluis humoribus abundare, qui non perfecte sunt concocti, ita enim Galenus libro nono Anatomicarum aggressionū exponit: *τὰ μὴ κατὰ γὰρ ἔντα* inquit, *τε λέως ἢ τρεφῆς, ἢ καλῶσι ἢ δὲ ὡς πῶμα τῶμα τε.* Sed diligenter animaduertendum, ut inter *πῶμα* & *πῶμα* distinguamus. Sunt enim *πῶμα* eadem quæ *πῶμα* eis, fortuite occasiones, & casus, quomodo Empirici primum conspectum *πῶμα* appellabant, quòd ex improviso in res ipsas inciderent. Vocantur etiam *πῶμα*, *συμφοραὶ*, hoc est clades & calamitates. Sic usurpauit Plato in Protagora: *ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ γάρ οἱ τ' αὐ ποτε καὶ κακὸς, ἢ ὑπὸ χόρον, ἢ ὑπὸ πόνου, ἢ ὑπὸ νόσου, ἢ ὑπὸ ἀλλοτρίου πῶμα.* Sed exemplaria impressa habent *πῶμα*.

πῶμα

πῶμα & πῶμα

Platonis locus

Et mali punici florem.) Exemplaria habent *καὶ κύτιου*, sed res ipsa indicat legendum esse, *καὶ κύτιου*, præcedunt enim *ananthe*, & *balaustrum*, Est autē *κύτιου* mali punici satiui flos, sicut *balaustrum* foluestris. Habent autem uim siccantem ac adstringentem, quæ hic nimirū requiritur.

κύτιου Balaustrum

### IN CAPVT III.

Commodum est etiam id quod pollicis ungui instillatum.) Græcus codex corruptus hic est, legatur sic: *χρῆσιμον δὲ ὄστι καὶ τὸ ὑπὸ τῷ ὄνυχῳ ὑπὸ σαζομένου τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ, ὑπὸ πλὴν αὐγλῶ θεωρούμενον, ὅταν ὅν καμψίῃ τὸν ὄνυχα μήτε παχέως, μήτε βραδέως ἀπῆρξεν.* χρῆσιμον δὲ δοκιμάζειν καὶ ὄτως. Horum uerborum sententiam Dioscorides ita expressit: *εἰσι δὲ καλὸν γάλα, τὸ ὀμαλὸν τῆ παχύτητι, καὶ συσφιζόμενον ὅταν ὑπὸ σαζομένου ὄνυχι, hoc est quod in orbem obuoluitur, ubi ungui instillatum fuerit.*

### IN CAPVT VIII.

Si quis pruritus puerum infestari.) Videtur ὁ δαξισμὸν de totius corporis pruritus esse, *δὰξισμὸν* tu usura

δὰξισμὸν tu usura

tu usurpare, non de eo qui gingiuis contingit, ubi dentes producere pueri propemodum incipiunt, uelut Hippocrates 3. aph. 2. s. dicit, *ἔλαιον ὀδονοφύκτου* appellat, qui uelut Galenus ait, pruritus quidam est, cum breui quadam offensa. At hoc loco ὀδονοφύκτου sine adiectione *ἔλαιον*, de totius corporis pruritu dici uidetur. Quomodo etiam Galenus usurpauit libro quinto de sanitate tuenda, *ἢ τοῖς γὰρ ὀδονοφύκτου*, ἢ πρὸς τινος *ἔλαιον ἀνιφθου*, &c. de pueris pruritus sentientibus loquens. Ad hunc itaq; pruritus Paulus hic oleum coctum illinendum prescribit, quod *ἔλαιον ἀνιφθου* appellat, & *ἔλαιον ἀνιφθου* opponitur, quod etiam in commentarijs medicis ostendi. Ad gingiuarum autem pruritus, sequenti capite salsamenti ueteris carnem probat.

IN CAPVT XIII.

Folia heliotropij scorpiuri appellati.) In graecis exemplaribus deest hic uox *σχορπιου*, habetur *ἡλιοφωπίου τοῦ καλεσμένου φύλλα*. Quod autem uox illa deest, indicat graece orationis ratio, & confirmat Dioscor. qui Heliotropium maius scorpiurum appellari dicit, & folia ipsius *σχορπιου πικρῶς* ὠφελίμως *ἔλαιον ἀνιφθου* testatur. Aëtius itē lib. 4. cap. 13. expressis uerbis habet.

Heliotropium scorpiurum

IN CAPVT XVII.

Aut paululum progredi, ac uelut deambulare.) Graeca lectio corrupta sic restituitur: *ἢ μὲν ἐν ἡλίω χόρῳ, ἢ περὶ αἰνῶν μικρῶν, καὶ οἶον ποδὸν περὶ*. Et paulò post rursus legatur: *καὶ τὸ εἶναι κορυκτὸν, μεγάλῃ τε καὶ εἰς μικρὰς σφαιρας γυμνάσιον*. Et non longe deinceps legendum est: *καὶ αἰκινήσει εἰς τοίμους καὶ ὀμαλῶν καὶ ἀνιφθου γίνονται* ita enim manifeste habet Galenus libro secundo de tuenda sanitate, unde hic desumpsit. Esse autem & magnam & paruum pilam Galenus ostendit qui de paruae pile exercitio priuatim libellum conscripsit. Et utriusq; pile ludus hodieq; extat. Sed & libro secundo de sanitate tuenda primū coniunctim magnae ac paruae pile mentionem facit, & paulò post sicut hic apud Paulum, ita isthic *μεγάλῃς* uox excidit: quae omnino reponenda est, sicut primum habita fuit. Est autem ex corrupto Galeni loco, Pauli locus expressus, haud scio an non satis animaduertente ipso etiam Paulo. Nam etiam ipsius *αἰου*, Galeni lectionē corruptam fuisse, & sic transcripsisse ipsum apparet. Porro *σχορπιου* accipio umbratilem pugnam, qua quis priuatim domi aut sub umbra, non in propatulo se exercet, ac ueluti preparat ad iustam pugnam aliquando publice faciendam. Corycum autem follem esse, id est pellem siue membranam inflatam, aëre ac uento incluso turgidam, minime dubitandum puto, ex illo adeò poëtae Martialis loco: *Itē procul iuuenes, molli mihi conuenit etis, folle decet pueros ludere folle senes*. Nam & Galenus & Paulus exercitiū hoc folle, inter uelocia, quae nec robur, nec uiolentiam requirunt, connumerat.

Pile species duae

Galenus locus

σχορπιου

Corycus folle

IN CAPVT XIX.

Grauiorum uocum sonus utilis est.) In Graeco habetur, *ὁ δὲ τῶν βαρυτέρων ἡχοῦ φλόγῳ* & *χρῆσιμῳ*. Sed legendum est, *βαρυτέρων φλόγῳ ἢ χῳ*. Et paulò ante habetur, *ἢ μὲν ἀμελῆα χρῆσιμῳ*. Legendum est, *ἢ μὲν ἐμμελῆα καὶ χρῆσιμῳ*. Et rursus paulò inferius, *τοῖς μὲν ἢ τῶν τῶν ἀναγνώσκουσιν*. Legendum est, *τοῖς μὲν ἢ τῶν τῶν ἀναγνώσκουσιν*. Et mox pro *ἀναγνώσκουσιν* lege *θερμασίας*. Et mox corruptissimus locus sic restituitur, *καὶ τὰς βαρυτέρας φθιγγεδαίας φωνάς. χρῆσιμῳ δὲ ταῖς εἰς τὴν φωνῆς ἡνεργείας*, &c. Hanc lectionem sequenti sumus ac expressimus, quod dico, ut calumniae occurrat. Sed & mox deest dictio integra *χυμῶν*. Sic enim legendum est, *ὅπως αὐτὸ μὴ πλείων ἀνὰ ὄσους τῶν διεφθαρμένων χυμῶν ἢ ἀτμῶν*, &c.

IN CAPVT XX.

In qua tendi sibi uidentur.) Legendum est in Graeco, *καὶ τὸ τῶν τῶν ἀναγνώσκουσιν*. Sed expressum habetur *τῶν τῶν ἀναγνώσκουσιν*. Et mox pro eo quod habetur, *ὅταν ἐκθερμανθῶντες ἰκάνως*, &c. lege *ἐκθερμανθῶντες οἱ μῦες*, &c. Et inferius ubi legitur, *ὅπως δὲ καὶ ἡσυχία πολλή, καὶ μέλι σιτωχῆς*, legendum est, *καὶ ἀλείμματα σιτωχῆς*. Ad finem huius capituli ubi legitur, *ὡς σιτωχῆς ἀτρεμα*, deest uox *τὸ διεσμα*, quae omnino adscribenda est. Et mox lege, *ἐκπυδῶσαν δὲ ἀπὸ τῶν τῶν ἀναγνώσκουσιν εἰς τὰς ψυχὰς διεφθαρμένων. ἐχύμω δὲ ἀπαντες οἱ κεκοπωμένοι διεσπῶνται τῶν τῶν ἀναγνώσκουσιν*. Vide Galenum libro tertio *ὑγιεινῶν*.

σχορπιου suppositum pro τῶν τῶν ἀναγνώσκουσιν

IN CAPVT XXVI.

Principium huius capituli ita legatur, *ἐπεὶ δὲ δὲ δὲ καὶ τῶν εἰς ἀμῶναι, τριμματα* *ἀποτριμματα* *ἀποτριμματα*. Sed legendum est, *ἐπεὶ δὲ δὲ δὲ καὶ τῶν εἰς ἀμῶναι, τριμματα* *ἀποτριμματα* *ἀποτριμματα*. Quid uero fuerit *τριμματα* & *ἀποτριμματα*, quo in cibis usi sunt, & ad placetas, & ad pisces coquendos, in commentarijs medicis in Galenum *ἢ τῶν τῶν ἀναγνώσκουσιν* scriptis docuimus. Ibidem etiam de propomati dictum, quorū potum hoc loco Paulus prescribit: quamquam ut ad *τριμματα* redeam, uidetur ea uox non ita recte hoc loco legi, & *τριμματα* uocem pro *τριμματα* reponendam esse libentius adstruxerim. Sunt autem *τριμματα* eiusmodi puluilli insperles, ad

τριμματα ἀποτριμματα

Propomata τριμματα

DOLABELLUM IN AEGINET.

les, ad extirpandas corporis sordes & maculas, aut etiam ad vitiatum colorem tollendum, & bonum reparandum. Ita enim sequenti cap. 27. ipsorum usus habetur. Habent autem appellationem ἀπὸ τοῦ ἐξ-  
 ἴσθου, id est ab extergendo & mundando. Et ex hoc ordine sunt etiam Saponū genera hodierna, itemq;  
 quæ smegmata appellantur. De quorum usu iusto, Galenus tertio commentario in librum Hippocratis  
 de uictus ratione in morbis acutis tradidit. Ac ne κόλληκες quidem alterius quam ἐνυμμάτων ac ἐν-  
 ἴσθωντων generis sunt, uelut Paulus aperte ostendit, materiam ipsorum declarans: nisi quod maioris ac  
 minoris efficacis ratione, hæc omnia inter se differunt, & formam quoq; diuersam præferunt, κόλλη-  
 κες enim pustillorum forma conflantur, ac uelut conglutinantur, uelut Hippoc. lib. de internis affectio-  
 nibus docet, ἐνυμφύρησαι τοῦ τε ἰνκίτου καὶ ὄφθ, ἔτα πλείουσα κόλληκες, quanquam de di-  
 uersi usus pustillorum genere loquatur.

Smegmata  
Sapones

κόλληκες

IN CAPVT XXX.

Linamentum dropace intinctum.) Græcam lectionem sic emendare oportet, sic enim  
 latine uersioni respondebit: καὶ ζῆλαι λίνου εἰς αὐτὸν κατεβαλεῖν ἕξ δραμάκι καὶ πρῶτον  
 δοξὶ δ' ἐλαει. ἀμα γὰρ τὸ πῶρ ἐκκίθαρσις γίνεται, καὶ ἀμα τὸ ἀκῶν πρόκλησις, μετὰ  
 δὲ τοῦ τε ὀβριμορόβου μέγρο, &c.

IN CAPVT XXXI.

Nec uero lectionibus talem offendere oportet.) Legendum enim est in Græcis  
 exemplaribus. καὶ λυπέεδα δὲ μηδ' ἢ ἀνυνώσει τὸν δὲ. Et mox rursus corruptum locum sic e-  
 menda. καὶ ὄσαι δύσσε πῆσι, καὶ ὕχρ ἀν' ἡν νῶσιρ ὕλλω ἀβγλω καὶ πεχῶν. At locus de foeni-  
 cili cremore recte habet in Græco, quemadmodum latine expressimus.

IN CAPVT XXXVI.

Aut semine urticæ aut anisi.) Habent quidem exemplaria Græca constanter ἢ ἀπὸ  
 ματ' κνιδ' ἢ τὸ ἀγνῶ, id est seminis urticæ aut uiticis. Sed quum uiticis semen & in cibo, & in  
 potu, & forinsecus etiam substratum, status discutiat, & ideo ad castitatem conferre creditum sit, atque  
 hinc etiam apud græcos ἀγνῶ appellatur, non uidetur huic loco competere, & fieri potuit ut pro τὸ  
 ἀνίσσ uoce, τὸ ἀγνῶ uocis lectio supposita sit. Anisi ergo lectionem amplexi sumus, quod ante nos Co-  
 pus quoq; fecit. Idem Anisum supra capite nono pro supposititio anetho reposuimus, ubi dixit, conandū  
 est ut uenter epithematis impositis adstringatur, quæ maxime sistunt, cumino lane insperfo, aut aniso,  
 aut apio. Nam Dioscor. anisum sistere aluum testatur.

ἀγνῶ pro uoce  
ἀνίσσ supposita

Anethum pro a-  
niso suppositum

IN CAPVT XXXVIII.

Viticis item semen & rutæ si eduntur.) In Græcis habetur καὶ ἀπὸ ῥυμα τοῦ λίνο  
 καὶ πηγῶν ἐδιδόμνα. facile autem fuit, ut λίνο uox pro λύγῳ supponeretur propter scripturæ  
 uicinitatem, & maxime si quis λύγου eandem quam ἀγνοῦ esse ignoret, aut non satis animaduertat.  
 Quod autem λύγῳ, id est uitex huc competat, ex 36. capitis dedolatione didicimus. Quod uero lini  
 semen huc ineptum sit, ex eo constat quod flatusosum est, & quod ad Venerem stimulos facere id DioSCO-  
 tradit, maxime si cum pipere & melle in placentam coactum edatur.

λίνο pro λύγῳ  
suppositum

IN CAPVT XLII.

Ad uomitionem etiam pertinere non remittere, neq; cessare inter uomen-  
 dum.) Hanc esse græcorum Pauli uerborum hoc loco sententiam, quotidiana experientia docet. Qui  
 enim ubi semel uomere incœperint, rem non urgent, sed moram interponunt, hi semper magis atq; ma-  
 gis inepti ad amplius uomendum fiunt, summoq; labore ac difficultate id educunt, quod primum impe-  
 tum sequuti facile euomissent. Græca lectio sic habere debet, ἐμελιχὸν δὲ καὶ τὸ μὴ ἀνίγειν κίττα  
 διαλείπειν ὡδὶ τοῖς ἐμέτοις, τὸ τε σῶμα διακλύζειν, &c.

IN CAPVT XLVI.

Saponem cum betæ succo illine.) Hoc loco σίνητι uocem falso legi, dudum in com-  
 mentarijs medicis in Galenum ἤ τὸ πῶρ ὄσαι ostendi, & pro ἐὰ σάπωνα uocem restituendam esse dooui,  
 ex locis Galeni, unde Paulus hæc transscripsit. Animaduertit hoc etiam Gulielmus Copus Basiliensis, aut  
 certe rectam lectionem in suo exemplari repertam expressit.

σίνητι uox pro  
σάπωνα suppo-  
sita

IN CAPVT XLVII.

Aut scordium tritum appositum.) Habent Græca exemplaria σκόροδ' ἢ λείξ πῶσ-  
 πιθεμῶν, & hoc ut reliquis correspondent, uidetur esse legendum, σκόροδου λείου πῶσιθεμῶν.  
 Sed dum σκόροδ' siue σκόροδ' id est scordij, & σκόροδ' uim ac utendi modum expendo, σκόροδ' ἢ λεί-  
 οῦ τῷ μῆτι magis arridet, ut legatur scilicet, σκόροδου λείου πῶσιθεμῶν. Nam scordij usum ut ad  
 uteri osculum apponatur, Dioscor. palàm præscribit, πῶσιθεμῶν inquit ἢ τῶα ἐμελιωα κινεῖ. At al-  
 lij comæ decoctum, ad incessus idem ducendis mensibus ac secundis prodit.

σκόροδου pro  
σκόροδου suppo-  
situm



IN CAPVT L.

Quasdam etiam colare expedit, limofas, & falfas, & bituminofas.) Hec est exemplarium Græcorū lectio, nec de eius integritate quicquam dubitaremus, si non Copius ambiguos nos reddidisset, qui pro bituminofas, quod in Græco est, κῆρ ἀσφαλτώδ' υ, uertit, idq; cum polenta, quasi μετ' ἀλζιτων legisset. Sic enim uertit: Neq; non prodest quasdam aquas percolare, ut limofam, ut falfam, idq; cum polenta. Dubiū itaq; est an in suo exemplari græco ita habuerit uelut conuertit, aut ad illud Plinij libro uigesimoquarto capite primo respexerit. Nitrosæ aut amara aquæ inquit, polenta addita mitigantur, ut intra duas horas bibi possint. De qua re quum in commentarijs medicis dixerimus, hic rursus admonere uoluimus, ne temere præterijisse locum hunc uideremur.

Plinij locus

IN CAPVT LI.

Est autem & aptissimum ad usum, & uiro & fœminæ, & puero & seni, & magistratui & priuato.) In græco sic habetur, ἐσι δὲ κῆρ δὴ μετὰ χεῖρσον παρτι κῆρ ἀσφοδῖ, κῆρ γυναικί, & παρτι δῖω, κῆρ πρεσβύτη, κῆρ ἰδιώτη. Videtur itaq; deesse uox quæ opponatur ἰδιώτη, ut quum uir mulieri, senex puero oppositus sit, habeat quoq; idiota ac priuatus homo, sibi oppositum magistratum, aut principem uirum. Proinde uocem ἀσφοντι uel similem aliquam hoc loco reponendam esse ducimus.

IN CAPVT LIIII.

Ex his igitur qui humorum copiam coaceruant, eos qui statim balneum ingressi sunt, postea frictione uti, & parum moueri exhortabimur.) Hoc loco una uox corrupta, totam sententiam impeditam fecit ac obscurauit. Si igitur pro uoce πρὸ τῶν leges πρὸ τῶν ἰσομῶν, habebis sanam lectionem, quam ego expressi. Hoc autem faciendum esse, indicat sequentis periodi uerbum συνέβη λένε μῶν. At uox πρὸ τῶν in re iam facta nullum locum habet.

πρὸ τῶν suppositum pro πρὸ τῶν μῶν

IN CAPVT LVIII.

Et postea frictione dura, non tamen multa, cutem spiffare, quo densam ac duram efficiamus.) Græca lectio corrupta sic restitui debet ex Gale. libro sexto, ὑγιεινὸν, κῆρ πρὸ τῶν τριψεί σκληρῶ, μὴ πολλῆ περιουσίας τὸ δέρμα πυκνὸν κῆρ σκληρὸν ἐργάζεσθαι. At quod mox sequitur de iracundia inducenda, ad colorem reparandum, & ut alimentum non sentientibus, rursus sanguis in uasa subter cutem colligatur, ex Hippocratis doctrina est, qui libro secundo epidem. sectionis quartæ sine sic ait: ἰδιώτη δ' ἐν εἰρὸν ὀφθαλμοῖς ἐμποιεῖται, κῆρ χρωματὸν ἀσπιδί ψιθῶν κῆρ, κῆρ ἐγγυμῶσι. & addit κῆρ ἐνθυμίας κῆρ φόβος, & τὰ τοιαῦτα. atq; hæc sunt commotiones animales, Paulo συγκινήσεις ψυχικῶν dictæ. Videtur tamen prior illa de frictione lectio, iuxta Aëtij lib. 4. cap. 33. lectionem item restitui posse, hoc modo: κῆρ πρὸ τῶν τριψεί χυμῶν μὴ πάνυ σκληρῶ, ἵνα μὴ πλεονεξῆς, τὸ δέρμα πυκνὸν κῆρ σκληρὸν ἐργάζεσθαι. Vult enim Aëtius duram quidem esse frictionem adhibendam, non tamen ita ualde ut penitus cutem spiffemus, sed ut densa solum ac dura reddatur. Sequitur autem Paulus non minus frequenter Aëtij quàm Galeni uerba, ueluti etiam in sequenti capite LIX. locus Pauli corruptus, apud Aëtium integer habetur, iuxta quem etiam restituendus est hoc modo: τοῦτ' αὖ δὲ ποιεῖν μέχρις αὖ ἐρυθρὸν χυμῶν μὴ μέρθ' μετεωρεθῆ, κῆρ πρὸν συμπέσει πάντως. αἰεὶ δὲ κῆρ τῶν πρὸ τῶν φαρμάκων χυμῶν ἵνα εἰρημνῶνους σκόπους. ὅταν ἡ αἰεθισίς ψύξεως ποδῶν τὸ λελεπῆσμένον μέριον πᾶρρη. &c.

iracundia cur sit inducenda

IN CAPVT LXI.

Et crassi sunt ac pingues, & fœmoribus ac masculis imbecilles, & inarticulati.) In Græcis exemplaribus habetur κῆρ μῆροῖς κῆρ μυσίῳ ἀόρσοι, id est fœmoribus ac masculis indistincti. Sed corrupta est lectio ex uocum uicinitate, scribendumq; ἀόρσοι. Ita enim Aëtius habet. At uero quod mox sequitur de calida & humida temperie, sed & ad contactum non paulò ualidiores: non ad plenum terminare uidetur institutam de hac temperatura tractationem. Non tamen putandum est, necessariò ea quæ Galenus habet huc transferenda esse. Non enim hoc fuit Pauli institutum, sed & ex Galeno, & alijs optima, & quæ sibi sufficere uidebantur, transcribenda duxit. Itaq; hoc loco satis est, si hæc uerba ex Galeni arte medica, itemq; Aëtio lib. 4. cap. 58. adscribantur, nempe ποδῶν, κῆρ μῆρὸν κῆρ ἀπομῶνους & ὀλίγω δερμότηροι, ut sequantur hæc uerba, μέλαινα δ' εἰσὶν αὐτοῖς ἀσπιδί, κῆρ ἢ σάρξ' ἀπίμελα. Periodus autem quæ sequitur in Galeno & Aëtio, omitti potest, ut quam etiam Paulum omisisse credam, ut qui satis esse duxerit de hac tota tractatione admonere ad finem, quòd in coniugatis temperaturis, prædominantis qualitatis notæ semper præualerēt, alioqui etiam alia multa, quæ reliquit ultro, adscribenda ipsi fuissent.

ἀόρσοι suppositum pro ἀόρσοι.

IN CAPVT LXV.

Et sanè bibentes non statim sitire cessant.) Hoc loco quasi ex abrupto Paulus ad potum

potum progressus esset, quaedam deesse uideri possint, quæ et Galenus et Aëtius habet, sed si quis com-  
pendij studium in hoc autore considerauerit, integram, sufficientem, ac minime mancam lectionem ha-  
bebit: nisi quod ὀλίγου uox deest, ubi legendum est, καὶ τὸ ὑγρὸν ὀλίγου ποτῶν. Sequitur enim ex  
oppositione πολὺ θερμῶν. At uero ubi paulò post conuertimus: uerum pulmonis siccitates superflui-  
tibus carent, et uocem puram habent: in græcis exemplaribus corruptè legitur καὶ θαρὰ τῶν φλε-  
γματι, pro integro καὶ θαρὰ τῶν φλεγμάτων. Sic autem legendum esse, indicat uox obscura et rauca,  
quæ uidelicet puræ prægressæ opponitur. Sed et Aëtius libro quarto cap. 76. apertè uocem φλεγμάτων  
habet, etiamsi etiam in Galeni arte falsò φλεγμάτων legatur. Sed huiusmodi infinita tum ex latino toto  
adornato à nobis Galeno, tum etiam ex græco à nobis correcto sustulimus.

φλίγμα suppositum pro φλίγμα

Galenus locus

IN CAPVT LXVI.

Et tales timidi sunt natura, & pusillanimes & segnes.) In Græco legendum est,  
pro καὶ μελίστε εἰ, ex Galeno, καὶ μελιτώ καὶ, id est ut uerti segnes. quanquam in Galeni arte,  
μελιτώ falsò legatur. Aëtius pro ea uoce relicta, aliam eadem significatione usurpat, καὶ ῥάθυμοι in-  
quit. Falsò autem aliqui his locis Galeni ac Pauli legunt ἀμελιτώ, id est negligentes uelut ipsi expo-  
nunt, significatione non multum diuersa, sed hi ἀμελεῖς, non ἀμελιτώ dicuntur, qui impigri sunt,  
et μελιτώσιν opponuntur.

Galenus locus  
μελιτώ

ἀμελιτώ

IN CAPVT LXVII.

Si uero uice uersa modicè aucta fuerit humiditas, plurimum uerò caliditas,  
uitiosi humores minime in ipsis gignuntur.) Hæc tota ferè periodus ex græcis  
exemplaribus intercudit, et neq; in Aëtio integra habetur. Necessariò autem redintegranda est lectio ex  
Galeni arte, nam alioqui nec sententia coheret, neq; omnino uera est. Sic ergo pro καὶ καὶ ὀχυμοὶ γί-  
νονται, legendum est, εἰ δὲ ἔμπρακτον, ἐπ' ὀλίγου καὶ αὐθιγῆ τὸ ὑγρὸν, καὶ πλείστον δὲ τὸ θερ-  
μῶν, καὶ καὶ ὀχυμοὶ γίνονται. Atq; hanc lectionem ut rectam ipse expressi.

IN CAPVT LXX.

Sed & ea quæ defluunt à corpore procurare oportet.) Hæc uerba in græco ita  
leguntur, καὶ τῶν ἀπὸ ῥοιῶν δὲ πρὸ νοσίου χυμῶν, hoc est, sed et defluxionibus prospicere oportet: quo  
scilicet contingant, non ut ne contingant: id quod uerba sequentia indicant, quibus modi prospiciendi  
ut defluxiones contingant præscribuntur, per balnea uidelicet et exercitia multa, et per excretiones  
ante cibum per urinam ac uentrem contingentes. Itemq; per apoplegmatisimos et purgationes. Sunt  
enim ἀπὸ ῥοιῶν defluxiones recrementorum ac superfluitatum totius corporis, per omnes partes ex-  
crementis euacuandis destinatas contingentes, per sudorem item ac insensibilem transpirationem dece-  
dentes. Plato uero etiam semen spinalis medullæ ἀπὸ ῥοιῶν dixit. Has itaq; defluxiones tantò magis  
hoc loco procurare Paulus iubet, quantò plus eiusmodi recrementorum ac superfluitatum in humidis  
natura temperaturis generatur. Est autem transcriptus hic locus ex libro sexto Galeni de tuenda sani-  
tate, et habetur quoq; apud Aëtium lib. 4. cap. 96.

ἀπὸ ῥοιῶν quid  
sint  
Semen ἀπὸ ῥοιῶν  
spinalis me-  
dullæ

IN CAPVT LXXII.

Principium huius capituli paucis uerbis corruptum est. Proinde integram lectionem græcam adscri-  
bimus, quam sequuti sumus et expressimus. Quòd si quis longiorem tractationem requirit, habet eam a-  
pud Galen. lib. 7. methodi, et Aëtium lib. 9. cap. 36. Paulus compendio ut solet usus sic transcripsit: Ἐ-  
ξ ἑστῆς διυσεκρῆσεως ἢ μόντης ὄσιν ἢ τῶν ἐκ τῆς σερῆς ὄσας ὁμοιομερῆ σώματα γίνονται  
ἑξ ἑστῆς, ἢ τῆς καὶ ἀνίστατος ὄσιν. ἢ δὲ τῆς ὑγραπυγῆς ὄσας, καὶ τρίτη γὰρ πρὸς ταύτας,  
et c. Et paulò post sequitur quarta sic legenda: καὶ δὲ τῆς μικρῆς ἀφθρησίας τε καὶ φλέβας  
σωματικῆς. Reliqua quæ in hoc capite corrupta sunt, minutiora sunt, et ex nostra cōuersione emen-  
dari possunt. Quidam etiam loci antea à nobis in commentarijs medicis explicati sunt. In his autem do-  
labellis asperos tantum locos, nec satis adhuc politos, et qui moram latina nostra legenti iniicere pos-  
sint, deuolare instituimus.

IN CAPVT LXXVII.

Quandoquidem fungi ferè nostris ignoti sunt, quod ad species uidelicet  
ac differentias ipsorum attinet.) Duas ipsorum species hoc loco à Paulo propositas expen-  
demus, quæ sunt ex multis illis differentijs, quas nostri nouerunt, et suis nominibus cognitæ in esum  
assumunt. proinde boleti quos βολετῆς græci uocant, nomen latinum apud nos seruant, contractū ta-  
men, et ex trisyllabo ferè monosyllabum factum, bōltz enim aut bōltze appellantur. De his Plinius ait.  
In opimis quidem est is cibus: ita enim legi debet ex fide manuscriptorum uetustissimorum, apud me codicis: et non,  
optimus quidem est is cibus. Quomodo enim optimum cibus diceret, cuius discrimen, periculum, ac ue-  
nenum ipse subiungit? Quos uero Amanitas græci uocant, et secundi à boletis ordinis faciunt, ex hoc  
ipso

Boleti  
Plinius locus

Amanita  
ipso

706

**Prouerbiū de fungis Amanitū** ipso usu, et nomine quoque, leue saltem iudicium præbente, eos esse existimo qui Morchen vulgò nostrarū appellatur, de quibus etiam prouerbiū fertur, in eos qui non sui et iusti temporis commōditatem sentiunt, sed alieni à se temporis incommoditate affliguntur. Successum inquit, habent, qualē Amanitæ in Maio: prodeunt enim sub ueris inīitium Amanitæ, ad mensem Maium penitus euanescent.

IN CAPVT LXXVIII.

**Maza** De chondro et alica quid sentiam, in commentarijs medicis abundè explicauī, itemque de panum generibus, ordeo, polenta, ac ptisana, quæ mihi uiderentur exposui, locis autorum adductis qui sententiam meam confirmarent. His itaque utatur qui uolet, fastidiat, reiciat, ac damnet qui sequi nolet. mea nihil re ferre puto. Hic uero de Maza adijciam, esse ipsam farinam ordeī coctam, quæ quò magis tenuis, albaque ac pura est, tantò citius in uentriculo alteratur, et melius concoquitur distribuiturque, et promptius nutrit. Quandoque etiam ex ordeo frictò, id est polenta parabatur, simplici facta in aqua coctura, pingui a liquo addito, ut planè nihil sit aliud maza quàm ut Germani uocant, ein muß Van gersten mel. Quòd si eadem maza cum uino dulci aut sapa diutius subigeretur, τριπίη Atticis appellabatur, uelut Galenus libro primo de aliment. testatur. Quæ uero sic parata non esset, ἀτριπίη uocabatur, et hæc multi usus apud Hippocratem est: et libro secundo de diætā, de ipsa ita scribit: μάζα πικρὴ βιβία ῥαντή, ἀτριπίη κερφοὶ καὶ διαχωρῆς καὶ ψύχει. καὶ ψύχει μὲν, ὅτι ψυχρὴ ὕδατι ὑγρὴ ἐγγύς. Διαχωρῆς δὲ, ὅτι ταχέως πείσεται. κερφοὶ δὲ, ὅτι πολλὸν ἐπιτροφῆς μετὰ τῷ πνεύματι ἐξω ἀκρίβηται. Hæc recta eius loci lectio, quam etiam nuper in omnium Hippoc. operum conuersione expressi.

IN CAPVT LXXIX.

**Phaselus Lathyrus Cicercula Phasiolus Dolichus Lobus Siliqua Ochri** Ochri & phaseli præmacerati.) In Græcis hoc loco φασιόλοι falsò legitur. Differunt enim phaseli à phasiolis. Et phaselum quidem idem esse quod λάθυρον, id est cicerculam, Galen. quosdam asserere dicit. At φασιόλοι uocari etiam σολυχόν, et λόβον, id est siliquam, idem libro primo de aliment. testatur. Ochron uero Eruiam latinis dictam esse, doctis quibusdam placet. Nobis interim ea quæ de his autores tradunt boni consulenda sunt, donec ad certiorē rerum cognitionem perueniamus. Meminit etiam Hippoc. lib. 1. de diætā. et Theophrastus in octauo de historia plantarum.

IN CAPVT LXXX.

**Fructus fugaces** Fructus fugaces dixi eos qui non durant, neque apti sunt ad repositionem, quos eadem de causa, uelut ab his qui durare possunt ac reponi, distinguentes, ὠραῖος κερπὸς græci uocant, nō solum quòd ὠρα appelletur ipsis id tempus quo proueniunt, sed quòd sint temporarij ac minime durent. ὠρον autem nominare græcos id tempus, in cuius medio canis oritur, et esse id tempus quadraginta dierum, Galenus libro secundo de alimen. autor est. Cæterum quod ad finem huius capituli conuertimus: in summa uero omnes fugaces fructus friges faciunt et humectant, et c. in græcis exemplaribus corruptè legitur, καθόλου δὲ πᾶσι ὁπωρᾶ, et c. non enim de ὁπωρᾶ, sed de ὠραῖοις ipsi sermo est, proinde sic lectio corrigenda est, καθόλου δὲ πᾶσι τὰ ὠραῖα ψύχει τε καὶ ὑγραίνει, καὶ ὀλιγότροφός ἐστι καὶ κακὸν χυμῶν. At de ὁπωρᾶ, id est de pomorum fructibus autumnalibus sequenti capite agit: et alioqui de his intelligi in uniuersum non potest, quòd friges faciant et humectent, quum quidam ex ipsis calidam ac siccam uim habeant. Significat autem ὁπωρᾶ non solum fructus, sed etiam tempus in quo hi fructus proueniunt. Est autem id tempus canis ortus, quod principium ὁπωρῆς esse Galen. lib. commen. in Hippoc. aphor. tertio in aphor. 14. prodit, et declarat hoc in lib. πρὸς εὐχυμίας his uerbis: ἐμπληθῆς δὲ μετὰ τὴν ἡλικιωτῆν ἢ ὡαντι τῆς χροῆς ἐπὶ ὁπωρᾶς ἀπάντων τῶν ὠραῖων, ἤνωσηται τὸ φθινοπώρου νόσον ὀφέσων. Vnde apparet etiam fugaces fructus partim ὠρας, partim ὁπωρᾶς tempore produci, usque ad ipsum Arcturi exortum, qui principium autumnū est: et rursus ὁπωρᾶς temporis fructus partim sub oporam, partim sub autumnum prouenire, ut non male autumnales fructus appellentur latine, quum ὁπωρῆς tempus latinam appellationem non habeat. possunt etiam malorum ac pomorum fructus appellari. Nam et Hippocrates μήλων uocem ad ὁπωρῶν adiecit in lib. de morbis internis, de aqua intereunte à splene orta loquens, quam ex huiusmodi causa maxime fieri dicit, ὅταν inquit φάσιν συκῶν χλωρῶν καὶ μήλων ὁπωρῶν. Sunt tamen etiam ex pomorum ac arborum fructibus, qui fugaces dici possunt, Persica et mora præsertim.

IN CAPVT LXXXI.

**Rhodacena** Præcocia, & Rhodacena, & Armenia, meliora sunt Persicis.) Quòd hoc loco ῥοδάκινα sit legendum, et non ῥοδάκινα, itemque infra libro tertio capite sexto, multis argumentis ac coniecturis usus, libro secundo commentariorum medicorum asserui. Ea si cui rectè habere uidentur, sequatur, sin minus, nullus prohibeo ut quis à me dissentiat. Ego sanè adhuc in ea sum sententia, Rhodacena græcis hæc Persica dicta esse, et non ῥοδάκινα siue ῥοδάκια, ita ut ex latinis duracinis, Græci nomen

nomen sumpserint: sed omnino uice uersa, ut apud latinos Rhodacenorum nomen, in duracinatorum appellacionem corruptum sit. Quo uero clarius adhuc cognoscatur Rhodacena esse Persicorum genus, et non *δοράκια* ex rhodacenis per metathesim corrupta, adscribam Simeonis cuiusdam Sethi appellati uerba, quae in libello de ciborum facultatibus ad Michaellem ducem Constantinopolitanum Imperatorem ante annos propemodum quingentos scripsit, *ροδάκλωα* inquit: οἱ μὲν γὰρ τῆς τρίτης τάξεως πεδικασίαν ἔχοντες τῶν ψυχρότων τε καὶ ὑγραυνόντων. οἱ δὲ γὰρ τῆς α. οἱ δὲ γὰρ τῆς β. ὁ καὶ ἀκριβέστερον. ἀρχὴν ἔχει δὲ χυμὸν. φλεγματικὸν, καὶ δύσπεπτον τυγχάνουσι, καὶ ταχέως γὰρ τῆς γαστρὸς διαφθείρονται. καὶ εἴα ὅσοι οἱ σωεχέστερον καὶ τακώως τῶν μετὰ λαμβάνοντες, πωρετοῖς ἀλίσκενται. βλάπτουσι δ' ἐπὶ τῆς διότυλι καὶ τὰ νύκτα. εἴα δὲ τοῦτα πᾶσι ἄλλοις τροφῆς προσφέρεται, καὶ ἀκράδῳ τὸ τοῖς ὑδὶ πίνειν. τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν ἐπιείρα, τὴν γαστέρα πωρετοῖς, τὰ δὲ ἄωρα, τὰν τὴν ἐπέχουσι. τὰ δὲ ξηρὰ, πλείον. ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλων πινόμενον ἀναεῖ εὖ ἐλμινθας. ὡσαύτως καὶ τῶν ὀμφάλων ὑδὶ βίβλιν μετὰ τῶν φύλων. διεγείρει ἢ τὰ ροδάκλωα τὴν τροφῆς ὀρεξιν, λυσίτελεῖτε τῆς φλεγμῶν γαστρὸς, καὶ τῆς γενῆς πωρετοῖς. ἐμποιοῖσι δὲ τὴν ὀρεξίν, ὅσοι ἀματι δύσκητον. Ἐμετὰ μὲν πολὺ λάκκις ἢ δὲ ὄλιγοι, ἀρχὴν ἔχει τὴν πωρετοῖς, ὅσοι ἔχον τῶν λεγομένων πρακοκίων ἰσχυροῦς. ἐκείνοι γὰρ ὄλιγοι καὶ δύσδιὰλυτοι, ἀλλὰ χρόνιος ἔσονται. εἴα δὲ τῶν τροφῆς τὸ ὑδὶ πίνειν τὸ τοῖς ὑδὶ πίνειν, ἢ ὅσοι ἀματι προσφέρεται τροφῆς. Ex his uerbis clarum fit rhodacena Persici mali speciem esse, atq; ego quidem ea esse puto quae Germanis pro locorum uarietate alibi melotten, alibi cartomelen, alibi marillichen appellantur. Aestate proueniunt, quum reliqua Persica autumnum expectent. Galenus Rhodacenorum appellacionem non nouit, sed libro secundo de alimentis, de armeniis ac praecocibus loquens, ex Persicorum genere haec esse ait, quae tamen illis bonitate praestent, quum neq; similiter in uentriculo corrumpantur, neq; arescant, id quod etiam Paulus de ipsis hoc loco testatur. quanquam infra libro septimo mali armeniaca fructum, nunc praecocia uocari dicat, et eiusdem esse cum persicis tradat facultatis, ut illic unum et eundem fructum esse asseruerit, hic duos diuersos quidem, sed tamen Persicorum generis, et his praestantiores. Proinde si nouerimus qui fructus sint hodie, qui praecocia uocentur, itemq; qui armenia, in nulla de his amplius ambiguitate haerebimus. Sunt itaq; praecocia, cerasa illa ad Renum obrincana siue Rincauiana, alicubi etiam Maguntiacae appellata. Nam hinc ad multos locos transmittuntur, et non ita in multis Germaniae locis nascuntur, aut nota sunt: proueniunt autem sub ipsum mensem Maium, primi omnium fructuum arboreorum. Ab his proxima prodeunt Armenia siue Armeniaca, nec ipsa hodie Persicorum, aut etiam uelut ab alijs factum est, prunorum generis iudicata, sed cerasorum generis facta, aut certe cerasorum appellacionem sortita, et uulgo amarellen, corrupta ut apparet, ex armeniis uoce, appellata. Atq; hos fructus experientia cognitum est, non similiter ut autumnalia illa persica, neq; in uentriculo arescere, neq; corrumpi, suntq; insuper ad esum iucundi, uelut Paulus ex libro secundo Galeni de alimentis, de ipsis testatur. Quo uero de praecocibus certius cognoscamus, esse eos fructus quos indicauimus, supra citati Simeonis ex eodem libro uerba adscribemus: *πρακόκια* ὀφθαρχα μὲν εἰσι. τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀρχὴν ἔχει τῶν ἀματι δύσκητον ἀματι δύσκητον ὄλιγοι. εἰσι δὲ ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ ἔχοντα τὴν δύσπεπτον ἀματι δύσκητον, καὶ τῶν ροδάκλωων κακοχυμώτῳ: πωρετοῖς δὲ εἰσι δύσπεπτον γαστρὸς, καὶ τὴν ξανθὴν καταπύουσι χελλῶν, μη πω ἐπιείρα ὄντα. σωεχέστερον δὲ μετὰ λαμβάνόμενα πωρετοῖς ἀπὸ γαστρὸς. εἴα δὲ τοῦτα πᾶσι ἄλλοις ἐδίειν. ὕστερος γὰρ ἐδίειν ὑδὶ πίνειν τὰς τροφῆς, καὶ φθείρουσι τὰν τῆς δύσπεπτον αὐτῶν φύσι. Porro reliqui fructus hoc loco à Paulo propositi satis noti hodieq; sunt ferè omnibus. Serica saltem ignota sunt, et non ea sunt quae esse existimarunt etiã docti quidam, inter quos et Ruellius est, qui omnem stirpium historiam ex utriusq; linguae autoribus nuper diligenter congescit. De his ergo uideamus. Serica itaq; aegre concoqui stomacho incommodare, et parum alere Paulus hic dicit, et plane ex Galeno transscripsit, qui libro secundo de alimentis ferè in hanc sententiam de Sericis loquitur. Non habeo quod de his, inquit, testimonium praebeam, quod aut ad sanitatis conseruationem, aut morborum curationem faciant. Est enim edulium muliercularum et puerorum effrenatorum, quod parum nutrit, aegre concoquitur, simulq; nec stomacho commodum est. Hec et nihil amplius de Sericis Galenus. Nam uerba quae sequuntur, *τροφῆς* δὲ ὄλιγοι ἔσονται ἔσονται δὲ ὄλιγοι Galeni locus

701

Simeonis Sethi loci

Praecocia Cerasa Rincauiana Armeniaca

Ruellius

Serica

Galeni locus

Tuberes

in castrorum aggeribus sata, baccis similia quàm malis, sed aggeribus præcipuè decora, quoniam et in tecta iam syluæ scandunt. Tuberum duo genera, candidum, et à colore Sericum dictum. Ex his Plinij uerbis primum intelligimus Zizipha et Tuberes diuersa malorum genera esse, et ex diuersis regionibus in Italiam allata. Deinde Tuberum duo genera esse, alterum candidum, alterum item à colore Sericū appellatum. Accipio autem eum serici colorem, qui serici natiui, puri, et adhuc crudi est, qui sanè subflauus existit. Ab hoc itaq; colore, Serica pomorum generis fructum, aliàs Tuberes appellatum, nomen habere Plinio referente credo, et non alia esse Plinij Serica, quàm ea quæ Galenus loco supra citato σηρικὸν dixit, itemq; Paulus hic ex eodem transscripsit, facile animum induco, quū non alia apud ullos populos esse, ex illis scriptoribus constet. Aut ut Serica hæc, eadem sint quæ et Zizipha, haud scio qua fide docti quidam uelut dixi, inducti sibi persuaserint, partim enim simpliciter pronunciant, Galeno esse Serica, quæ alio nomine Zizipha dicuntur: partim uelut hoc iam ipsis dato, recentiorum Græcorū sententiam de his diuersam à Galeni traditione producant, et seipsos implicant, dum diuersis rebus diuersas facultates, à diuersis autoribus attribui non animaduertunt: partim Arabas medicinæ scriptores Græcorum recentiorum sententiam sequutos, quod tamen illos latuit, grauissime coarguunt, et ignorantie damnant: quæ omnia ex eo consequuta sunt, quòd Serica à Galeno damnata, et Zizipha à posterioribus laudata, eundem fructum esse putauerunt, rectè an secus, ipsi uiderint. Nobis satis est ut nostram opinionem tueamur, qua Zizipha à Sericis diuersa esse, argumentis adductis nixi asserimus, de quibus quid etià Simeon ille sentiat adscribamus: ζιζιφα σύμμερὰ ὄσσι τῆ ὑχρότυπτι καὶ τῆ θερμοτήτι. ἰδιότητα δὲ ἔχουσι τὸ τὼν δριμύτητα κατὰ πᾶν ἐν τῷ αἵματι. χρῆσόν δὲ χυμὸν γυναι, καὶ κρυοὶ τὸ ὀρεῖσθ' ἐς τὸ αἷματι, λυσίτελεῖτε τὸ τὸ τῶν ἀπὸ ζεμα πρὸς τὴ βῆχας καὶ δύσπνοιας, καὶ τῆ σῆθι καὶ τοῖς νεφροῖς τῆ κύσει. κρείττονα δὲ τὰ μείζονα. πικρὰ δὲ εἰσι τὰ ἐδεοσινα. κατὰ πᾶν ὄσσι τὸν ἀπὸ δριμύτων χυμῶν ἐμῶν. πλὴν δύσπνοια εἰσι καὶ πικρὰ τὸν βλαπτικὰ, καὶ εἰς τὸν κρείττον τῶν τῶν χυμῶν ἀπὸ ζεματι. Hæ Ziziphorum facultates sunt, quas Galenus Sericis non attribuit, ut qui de diuerso fructus genere loquatur. Quid igitur Serica ne Galenus nouit, Zizipha non nouit? et posterior ætas Zizipha nouit, Serica non nouit? Galenus et Serica nouit, et Zizipha, et de Sericis quidem ea quæ supra adduximus prodidit. De Ziziphis uero eodem libro inter syluestrium plantarum fructus mentionem facit: quibus omnibus in communi adscribit, quòd parum alunt, et mali succi sunt: atq; hoc est quod etiam Simeon de ipsis dixit δύσπνοια εἰσι καὶ πικρὰ τὸν βλαπτικὰ. At reliquas facultates à Simeone relatas, ex cultu Ziziphis postea accessisse credibile est, quum inter agrestes relata sint à Galeno arborum plantas, ut quæ centum plus minus annis ante ipsum in Italiam uenerint, et semper indies ampliore cultu mitigata sint, et hunc usum adepta, quem de ipsis Simeon prodidit, etiam hodie pharmacopolijs nota sunt, iuiuas uocat, fructus est uiuam passam ferè referens externo aspectu, rubeus tamen etiam ubi est ita arefactus, osiculum habens in meditullio paruum, et in eo nucleum exiguum: atq; hoc est quod Plinius dixit, baccis similia quàm malis. Serica uero qui post Galenum nouisset et Paulum, nondum legi. Palladius tuberes quidem nouit, sed serica eorum genus non prodit.

Serica non esse eadem quæ Zizipha

Galenus locus

Zizipha syluestria cultu mitia facta iuiuas

IN CAPVT LXXXVIII.

Coquere autem oportet primum leniter ac paulatim, ut ne pars quædam diffundatur, pars uero consumatur.) Hanc esse huius loci sententiam, intelligunt omnes qui unquam lac coxerunt, aut coqui uiderunt. Proinde corruptam lectionem quæ sic habet, ἐψῆν ἢ τὸ μὲν πρῶτον ἴσυχῆ καὶ ἐπ' ὀλίγον, ὡς μέρεθ' μὲν τοῖ διαχωρησῆσαι, μέρεθ' δὲ τὴν τακνωῆσαι, hoc modo emendare oportet: ἐψῆν δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἴσυχῆ καὶ ἐπ' ὀλίγον, ὡς μὲν μέρεθ' μὲν τοῖ διαχωρῆσῆσαι, μέρεθ' δὲ τὴν τακνωῆσαι. Hæc lectio sanam ac rectam sententiam exhibet, quam expressi. Nec longiore declaratione opus esse puto his qui uerba et rem expendere uoluerint. Quòd uerò tenue et ferosum in lacte per ignitos silices iniectos exhauriatur ac consumatur, omnes Græci medici prodiderunt. Meminit rursus Paulus infra lib. 3. cap. 42. et libro septimo capite tertio. atq; ibi κῆχλη καὶ κῆχλη uocat, quos hic κῆχλακας appellat. Sunt autem hi lapides silices nobis dicti, non esse autem alios lapides accipiendos Galenus libro decimo simpl. pharma. aperte docet: ἐμβαλλομένων inquit, διαπύρωων λίθων, ἃ δὲ χεῖν τὸ τῶν ὄνομάσσει κῆχληκας. Hippocrates quoq; ita usurpat libro septimo epidem. in Eratolas filio dysenterico, ὀρεῖσθ' ἐς τὸν αἵματι καὶ γαλακτὸς ποτῆσαι καὶ κῆχληκας πεπυρωμένων, μετ' ἰώ τερα εἰ γῆν τε ἀλγύματα καὶ τὰ ὑφαίμα, hoc est, uelut nuper in tota Hippocratis scriptorum à me facta conuersione expressi: ubi serum et lac bibisset, silice candefacta immissa, dolores et subruentæ egestionis moderatiores fiebant. Sed in Græcis exemplaribus falso γῆν γαλακτὸς πεπυρωμένων legitur pro γῆν κῆχληκας πεπυρωμένων. Dioscorides libro quinto etiam calcē ἐκ τῶν κοχλάκων fieri dicit, σκεδύαζεται δὲ inquit, ἐκ λίθων κοχλάκων κακομῆλων, sed hodie peculia

Lactis cocturae modus

Silices igniti

Hippocr. locus

peculiaris lapis effoditur ad calcem parandam, qui & calcarius inde à nostris appellatur. At hic ut igni tus lacti immittatur ineptus est.

Lapis calcarius

IN CAPVT C.

Temporum pulsationes, oculi mane tument.) In græcis codicibus habetur νυμοί κρωτέφωρ, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τὸ πρῶτ' ἀκέρυσι. Sed uetustissima quædam translatio σφυμοί legit pro νυμοί, & pro ἀκέρυσι habet οἱ δ' ἔτσι, quam nos sequuti sumus.

Angina, capitis ulcuscula manantia achores appellati, teredines.) In græco lectio est corrupta, habet enim σωάγχι, νύκτωρ, τερνδ'όνες. Vox itaq; νύκτωρ, & per se nihil hoc loco significat, & nec ad anginam præcedentem, nec ad teredines sequentes referri potest. Proinde pro νύκτωρ legendum puto ἄχωρ, cuius ulcusculi rationem, & etymon, in commentarijs medicis ostendi. Videntur autem non ineptè ἄχωρες teredinibus præmissi. Sunt enim τερνδ'όνες, ossis capitis caries, ob quam cutis de capite alia atq; alia parte discedit, uelut Hippoc. libro secundo de morbis docet. Vetus tamen illa translatio, cuius proxime mentionem feci, uidetur τινικὸς legisse, pro νύκτωρ, habet enim suffocationem, quæ & ipsa non male anginam sequitur.

νύκτωρ suppositum pro ἄχωρ τινικὸς

Commodi sunt & ieiunii uomitus, quos aliqui uocant syrmaismos.) Galenus in glossis Hippocraticis συρμαίων purgationem moderatam eorum quæ in uentre sunt esse dicit. Et in secundo comment. in lib. Hippoc. de articulis, moderatas euacuationes, siue per sedem, siue per uomitum fiant, ueteres συρμαϊσμοὺς uocasse scribit. Proinde etiam Paulus ieiunos uomitus ita aliquos appellare dicit, nimirum non ab accepto cibo, sed dato medicamento ortos.

συρμαία συρμαϊσμός

Et parcius bibere, & uinum meracius bibere.) In græcis pro ἀκρατέστερον legendum est ἐγκρατέστερον, id est parcius, & non plenius ac liberalius, quum aliqui corpus fluxionibus ac humoribus sit obnoxium. Sed tamen ἀκρατέω, id est uinum meracum bibere, ad humorum uidelicet concoctionem, præcipit, quod ἀκρατέω ποτεῖν appellat.

ἀκρατέστερον pro ἐγκρατέστερον suppositum ἀκρατέω ἀκρατοποτεῖν

Vtere igitur odoratissimis ac acribus cibis.) Græcè quidem habetur, χρῶ τῶν ὀπωδ' ἐσά τῶν καὶ σπιμύεσι, id est utere succulentissimis & acribus cibis. Verum nec acria cum succulentis coherent, nec tempus æquinoctij uerni pituitam augens, succosos cibos expetit. Legendum igitur est χρῶ τῶν ὀπωδ' ἐσά τῶν, pro τῶν ὀπωδ' ἐσά τῶν, & rursum eadem ratione, legendum est paulò post in æquinoctio autumnali καὶ πρὸ σφ' ἐρεδ' αὐ σπιμύ τα τὰ καὶ ὀπωδ' ἐσά τα: non autem ut iam habent impressi codices, σπιμύ τα τα καὶ ὀπωδ' ἐσά τα. Atq; ita legit quoq; ueteris illius translatio: nis autor, qui utroq; loco odoratos ac acres cibos habet.

ὀπωδίστατα suppositum pro ὀπωδίστατα

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI,

SICI, DOLABELLARVM IN PAULUM Aeginetam, Liber II.

IN CAPVT VII.



ERVM iuxta numerorum ordinem boni sunt, tertius, quartus, quintus, septimus, nonus, undecimus, decimus quartus, decimus septimus, decimus octauus, uigesimus.) Hoc loco desunt in græcis exemplaribus, ἑβδ'όμην, ζυάτην, & ἑπτακαίδ' ἑκέτην, qui dies singuli suis locis reponi debent. Nam ordinem numerorum hoc loco ostendit, dignitatem uero paulò ante ex Galeno apposuit: Galenus autem hæc omnia de diebus iudicatorijs diligentissime conscribit, quarto commentariorum in libro primo Hippocratis de morbis popularibus: & in commentario in secundum librum aphorismorum, in aphor. 23. ac 24. & longè clarissime in tribus illis libris, quos priuatim de diebus iudicatorijs inscripsit.

Dies iudicatorij

IN CAPVT XII.

In octauo pulsus genere quod circa rhythmum consistit, græca lectio corrupta est ac manca, quæ ex libro primo Galeni de pulsuum differentijs restitui potest, eo modo quo ego sententiam expressi, ita ut non Galeni lectionem ad uerbum sequamur. Galenus enim in uniuersum de omnibus ætatibus exemplum proposuit. Paulus autem id ad puerilem ætatem more quodam suo contraxit. Sic ergo rectam lectionem repones: οἶον σημειωμένης οὗ παιδίου, ὃ μὲν ἰδίῳ ῥυθμῷ παειδικῆς ἡλικίας ἢ τὸν ῥυθμὸν γυνόμην & σφυγμὸς, ὁ ῥυθμὸς καλεῖται. ὃ δὲ διαφθείρων, ἀρρυθμῶς. & τὸ διαφθείρονδ' ὃ μὲν τὸν ῥυθμὸν πλησίον ἡλικίας ῥυθμὸν μεταλαμβάνων, πρὸς ἀρρυθμῶς. ὃ δὲ τὸν ῥυθμὸν ἀκμαστικῆς, ἐτερό-

Rythmi pulsuum

708

ετερόρυθμη. ο δε μηδε τρυτάωτης διασώζωμ, κρυβμ. πω βαγορευετω. Hec lectio Pauli integra est & genuina.

τυχον uocis usus

In eodem capite, in nono pulsus genere, ubi de inaequalitate, quae in uno pulsu consistit, agit, una uox corrupta totam sententiam uitiat. Sic autem habent exemplaria: ωσπερ αιη κινησεως τυχαυ, hoc est, uelut uerbi causa in motu: quae lectio etiam si recta esset, tamen τυχου legi oporteret, nam hac uoce etiam paulo antea usus est. Sed recta lectio illa non est. Verum ita legi debet, ωσπερ αιη τω κινησεως χρονω, hoc est uelut in tempore motus. Quod autem haec genuina lectio sit, ex uersu sequente undecimo constat, ubi de tempore motus dictum uelut repetens ait: ο μονου δε ητι του χρονου κινησεως, τω ητι μιαν πληγω, ην ενι μοειω κληρηειας, ανωμαλιαν εχουσαι ην εδωκε, αλλα κη ητι του τονου κληρωμεως. ο μω δε ητι το ποσω ην διασασεωμ. ο γαρ οιοντε του αυτου σφυγμου ην ταυτω μοειω μεγα τε και μικρου γιγνεσθαι, οτε και αλλο ημω, αλλα ην διαφεροσι μοειοις: ητι διαφεροντα δε μοειω κληρηειας ην ενι σφυγω ανωμαλια γινεται διηη. Hunc locum etiam ideo totum ac integrum adscripsi, quod in graecis codicibus corruptissime legitur.

σπαθησμωνοισ suppositum pro σπαθησμωνοισ

In eodem capite, quo loco in catochis arteriae locum proprie calidiorum reperiri dicit, uelut quibus conuulsio imminet cum graui in somnum delatione, graeca exemplaria falso habent, κηδαιπερ τοις σπαθησμωνοισ μετ κησφορσ. Legendum enim est, κηδαιπερ τοις σπαθησμωνοισ μετ κησφορσ. Ita enim habetur apud Galenum lib. 4. de puls. causis.

IN CAPVT XIII.

His proxima est alia urina, quae in multis morbis apparet, propè admodum accedens ad uinum tenue ac album.) In graecis exemplaribus deest uox uini, quam ratio adscribendam esse monet, & praegressa mentio eius, quae tenuis est adeo ac alba uelut aqua, confirmat, & Galenus unde hic locus sumptus est testatur lib. primo de iudicijs. Sic ergo legendum est in Paululo, ην πολλοις νοοις φαινομενον εχουσι και ωσ οινω τω λεπτω ην λουκω.

IN CAPVT XV.

Perfectae itaque concoctionis nota est, (sputum leue, album, &c.) Hoc loco tres uoces corruptae in codicibus graecis, sententiam uitiant: legendum enim est γνωεισμα pro γνωεισματα, & mox παερπαχυ pro παοπαχυ. Et postea legendum, ει δε ηηουοι μιν, αλλα λεπηου, pro eo quod falso habetur, ει δε μη ηηουοι μελαν, αλλα λεπηου. Hec clariora sunt quam ut rationem expetant, & ex Hippocrate, Galeno, ac Aetio constant.

IN CAPVT XVI.

Frigefaciendi modus

θαλλω uox pro αλω supposita & uicissim

Galenus locus

Frigefacientia sint rosaceum, & oleum omphacinum absq; sale preparatum. Verum haec ipsa uehementer frigefacta sincipiti infundere oportet.) In graecis exemplaribus legendum est: τα δε ψυχοντα ροδινου εσω, και ελαου αμφακινου χωεισ αλω εσκδασμων. ψυχοντα δε αυτα σφοδρωδ καταχειμ δει ητι τω βρεγματω, &c. Atq; hoc ex Aetio, qui ex octauo lib. metho. Galeni, etiam quomodo frigefacere ipsa oporteat, docet libro quinto cap. 61. Nimirum ut uas in quo continetur oleum, suspendatur in puteum, ita ut aquam contingat: aut ut aquae frigidae salienti uas subdatur: aut ut nix forissecus uasi circumdetur. De quibus modis etiam in commentarijs in librum secundum Galeni ητι τοπωσ satis multa dixi: quem admodum quaeque de oleo absq; sale preparato, in primo commentariorum in idem Galeni opus. Quo loco etiam meminimus pro oleo absq; sale, in graecis medicis saepe suppositum esse, oleum citra olearum germina preparatum, ob uicinitatem scripturae ανδουδαλω, pro ανδου αλω, & uicissim. Hoc certe Pauli loco recte legi χωεισ αλω, id est sine sale, ex multis Galeni locis ostendi potest: ut ex octauo metho. Vnde Paulus transscripsit, & ex his quoq; in quibus ad similes affectiones eo utitur. Sicut in secundo ητι τοπωσ, ubi oleum rosaceum ex oleo omphacino χωεισ αλω preparato, ad capitis dolorem ex ardore obortum, commodum esse scribit. Et primo ητι ηηου, ad inflammationes & ignes sacros, rosaceum ex oleo omphacino ανδου, id est insulso preparatum laudat. At libro tertio υγιενω, ubi sic ait: κηδαι μιν δει ην ην αλωμ ελαωμ απαντων ετω γνωεισεις τω δουαμω, οσπερ κησφορσικωσ ονομαζειται, και οκω σκδουαζειται δι αλωμ, η ριζωμ, η βοτανωμ, η βλαστωμ, η φυλωμ, η κηερωμ, & interpres Linacer conuertit. Quin & reliquorum omnium olei generu ita deprehendas uires, etiam quaecunq; per abusionem nominant, ex sale, ex radicibus, ex herbis, ex germinibus, ex folijs uel fructibus, propterea uidelicet quod haec habent: Hoc sane Galeni loco ego libentissime legerim. Τα δαλω, id est ex oleo germinibus, pro δι αλω, id est ex sale: ut sicut oleorum quae ex radicibus, & herbis, & germinibus, & folijs, & fructibus preparantur mentionem facit, ita primum eius nomenclaturam fecisse putandum sit, quod ex oleo non fructu, sed germinibus exprimitur. Non tamen mutari receptam actionem,

tionem, in proxima Galeni totius latina per me facta editione, ut hic loco ita ferente admonerem, satis esse duxi. Porro paulo post hoc Pauli loco habetur, εἰ δ' ἄμα κατὰ ῥῶν πυρὸς ἴσιν, &c. ubi legendum est una uoce adiecta, εἰ δ' ἄμα κορυζὴ καὶ κατὰ ῥῶν πυρὸς ἴσιν, id quod & ex Galeno, & Aëtio libro quinto capite 63. constat. Sed & mox διατα γλυκὺ χυμῶ, legenda est pro γλυκὺν μῶ, ex libro octauo methodi, quanquam Aëtius λεπλὴ διαταῶν habeat. At quod mox sequitur. Vbi uero egressi sunt, & uires refecerint, ad balneum rursus inducantur. Et postea calidam aquam bibant, & ptisanæ succum, &c. corruptè legitur in exemplaribus græcis, quod uero nos expressimus integrum est, & habetur partim apud Galenum, partim Aëtium libro quinto capite 65. hoc modo: ἔξελθόντες δὲ καὶ ἀναλαβόντες τὴν δυνάμειν, εἰσέλθου ἐκ τοῦ ἰατρῶν εἰς τὸ λουτρῶν, & μετὰ τῶντα πῖν δερμὸν ὕδαρ διδύνα, & πῖσαν ἄνης χυλόν, &c.

γλυκὺν μῶ sup  
positum pro γλυ  
κὺν μῶ

IN CAPVT XVII.

Sed & quod à rigore incæpit, neq; ardore, neq; frigore uehementi prægresso.) In Græcis exemplaribus hoc loco particula μὴ redundat. Legendum enim est: καὶ τὸ ἀπὸ ῥυγῶς δὲ ἀρξάμεθα τὸν πυρὸς τὸν, &c. ex Galeno primo de different. febrium.

IN CAPVT XVIII.

Quum autē aluus non subit, aquam mulsam cum oleo per clysterem infunde. At totum corpus rarefacere non conuenit, ante euacuationē.) Græco tum exemplarium & male distincta, & falsa est hoc loco lectio. Sic enim habent μὴ διαχωρῶσης ἢ τῆς κοιλίας, κλύζειν μελικράτῳ. δι' ἐλαίου δὲ ὄλον τὸ σῶμα, πρὶν μὴ κενῶσαι, μανουὴν ἔχου. Recta autem & distincta lectio est apud Galenum 11. methodi hoc modo: μὴ διαχωρῶσης δὲ τῆς κοιλίας κλύζειν μελικράτῳ μετ' ἐλαίου. τὸ δ' ὄλον σῶμα πρὶν μὴ κενῶσαι, μανουὴν ἔχου. Hanc sententiam habet etiam Aëtius libro quinto capite 76. his uerbis: μὴ διαχωρῶσης δὲ τῆς γαστρῶς, κλύζειν μελικράτῳ μετ' ἐλαίου μόνου. τὸ δὲ ὄλον σῶμα ἐξωθῆναι πρὶν μὴ κενῶσαι, διαφορεῖν ἔχου. Porro sicut hic locus uitiatus habetur in Paulo, & recte legitur in Galeno. Ita uice uersa locus paulo inferius recte legitur in hoc capite Pauli, uitiatus autem habetur in Galeni exemplaribus paulo post præcedentem locum lib. methodi undecimo. Paulus sic habet: μετελὲς δὲ τῶν ἀερίων τῶν πυρῶν, ἢ τῶν δυνάμεων ἰχυρῶν, ἄμα τῆς πῖσαν σπυρίοις, ὠφελεῖ ὅσον πικρῶς βαλάνεια, & ἢ τῶν οἴνων πῖσις, ὅσα τε τῶν ἀλειμματῶν μανουὴν ἔχου. At in Galeno reliqua recte, sed καὶ τῶν δυνάμεων ἔχου ἰχυρῶν falso legitur, contra omnem rationem, contra græcæ orationis uim, quæ præcedens negatum, cum sequenti affirmato, per particulam ἄμα non copulat, deniq; contra ipsius etiam Galeni sententiam, quam paululum progressus his uerbis explicat: εἰ δὲ μὴ δὲ τῆς πῖσαν σπυρίοις εἴη σημεῖα, μὴ δὲ τῶν δυνάμεων ἰχυρῶν ἔχου φαίνοιο, σὺβλῶσαι ὅσον ἀδυνάτων. ὡς ἔτε λῶσαις αὐτῶν, ὅτε ἀλείψαις, τῶν μανουὴν φαρμάκοις, ὅτε οἴνον δυνάοις, ὅτε ψυχοῦ. Quare recta hic est Pauli lectio, Galeni uero uitiata. Ideoq; sic reddidimus. Moderata uero si est febris, & uires robustæ, unā cum concoctionis signis, &c.

Galeni locus

IN CAPVT XX.

Atq; hæc quidem ueterum curatio erat.) Hic locus rectissime legitur in græcis exemplaribus, ea sententia quam ego expressi, si una tantum particula εἰ mutetur in ὅν. Et sic legatur: τοῦτα μὲν ὡδὲ τῶν πελαιδῶν, καὶ ὅδὲν θάυμας ὄν, ὅν γυμνασίοις μάλλον καὶ τρωφῆς ὅν εἶα τῶν τότε διαταρδύων ἀνθρώπων. Nihil enim hic deest, quod ex Galeno, aut Oribasio, aut Aëtio sit sciendum, sicut cetera ex iisdem Paulus transscripsit. Sed hunc locum Paulus de suo attextuit, curationem tertianæ suo tempore, à ueterum curatione euariare docens, prout uictus ratio immutata est. Non puto autem alicui dubium esse, quin ὡδὲ τῶν πελαιδῶν, significet ueterum temporibus, quum etiam ὡδὲ ὁμῆρῶ, Homeri tempore accipiamus.

si suppositum pro ὅν

ὡδὲ πελαιδῶν ὡδὲ ὁμῆρῶ

IN CAPVT XXIII.

À porcinis carnibus agrī prohibeātur, & ab omnibus quæ uiscosa sunt, & tarde transeūt, & à frigefacientibus ac humectantibus edulij omnibus.) Hoc loco uideri possit corrupta esse Pauli lectio, ubi à frigefacientibus & humectantibus edulij, quartana laborantes prohibendos esse dicit, quum tamen humida & ut febrī, & ut sicco, atræ bilis humori competant, ut proinde pro ὕγρα νόσῳ uoce, ἕγρα νόσῳ legi debere suspicio oboriat, nimirum quod à frigidis & siccis edulij prohibendos esse quartanarios præceperit: non à frigidis ac humidis. At huic suspitioni ita occurrendum est. Sicut frigidis edulij interdicit Paulus in quartana, uelut incommodis frigido atræ bilis humori, quum tamen commodent febrī, iuxta illud Hippocratis, contraria contrarijs curantur: Ita humidis interdicit, uelut incommodis atræ billi, ut humori, etiam si febrī commodent, iuxta illud Hippoc. 1. aphor. 16. Victus humidī omnibus febricitantibus conferunt. Porro sicut frigida

Locus in omnib. medicis Græcis suspectus falso



et humida prohibet hac qua dixi ratione: sic calida et sicca concedit, uelut commoda frigido atrae bilis humori, etiamsi utraq; incommoda sint febrī, in quantum febris est. Non igitur ξηραίνοντων uox, pro υγραίνοντων legi potest, sicut quibusdam ex artis ratione uisum est. Non enim prohibuit siccantia eadulia, sed humectantia, uelut ostendimus. Et siccantia ipsum non prohibere, indicio sunt balsamenta, et sinapi, quorum usum mox deinceps prescribit, quae siccantem uim habent. Proinde recta haec Pauli lectio est, qua iubet εἶργειν αὐτὸς τῶν υἰχρῶντων καὶ υἰγραίνοντων ἐδιδεσμάτων πᾶντων. Et

**Galenus locus** iisdem uerbis apud Galenum libro primo curandi methodi ad Glauconem, et apud Aetium libro quinto cap. 84. habetur. Nec satis constat an Leonicensis in Galeni translatione, ipse ex sua sententia, aut exemplaris sui prescriptum sequutus, ξηραίνοντων uerterit: aut postea aliquis pro suo arbitrio humectant in exsiccant commutauit. Ceterum ad finem huius capituli habetur medicamentum quod succum cyrenaicum recipit, sed lectio corrupta, ex Aetio libro quinto cap. 84. restitui potest, hoc modo: ὅν οἷς ὄσα καὶ τὸ σπῆνδες ἡμῶν ἐπᾶντων δοκιμῶτατον ὅτι τῶ κυρτω αἰκῆ λαμβάνου.

IN CAPVT .XXVI.

Porro lipyriæ & fumosæ, & quæcūq; præter relatas, febres dicantur, quæ ex relatorum genere sint, curationes quoq; de illis dictas ac dicendas exhibent.) Eiusdem generis esse hepialos et lipyrias febres, Galenus libro de inæquali intemperie prodit, pro minoris ac maioris ratione, ita ut in utrisq; immodicum frigus ac calor percipiatur, non tamen in eodem loco, sed calor intrinsecus circa uiscera, frigus in externis partibus omnibus. Videtur itaq; λεπτέας πυρετός dictus à leni et miti febris feruore, quasi λείος πυρετός, aut λείας πυρετός ἀφ᾽ ἑρῶν, quanquam hæc origo non ad eam conueniat ei, quod eodem loco perniciosas febres ardentes itidem tales uelut lipyrias esse dicit: et quod in commentario quarto super aphor. Hippoc. 48. Symptomata illa, ut exteriores partes frigide sint, et interiores urantur, tantum in ardentibus febribus perniciosiss, aut malignissimis uelut lipyrijs, accidere dicit. Hippocrates autem febrem ardentem in lipyriam transire, et postea in hepialum mutari scribit, cuius hæc sunt uerba in libro de iudicationibus: Οἷος δὲ καὶ εἰς λεπτέω πυρετῶν πρὸς τὸν πυρετῶν, καὶ λαμβάνει μέλιτι τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ ἔπειτα πάλῳ τῶ. At uero quas fumosas appellauit, τυφώδεις græcè dicuntur, ἔρ τῶ τυφῶδῶν, id est à fumigando, eo quod ita succensæ sint, ut uelut ligna quæ ardent ita ut fumum edant, etiam ipsæ fumigent, lento uidelicet motu progressum facientes, quod declarat Galenus libro primo de iudicijs sine. Considerandum est, inquit, quis nam sit in morbo motus, hoc est utrum acutè aut lentè, τὸ οἷον τυφῶδῶν κινῶν τὸ, id est fumigans moueatur. Eandem item similitudinem amplius explicat libro secundo de differ. febr. sine, τυφῶδῶν τοιγαροῦν, inquit, δὲ κλῶ ἐν λῶν υἰχροτόρῶν ἀθερώσας ἀπ᾽ ἀληθῶντων ὀλίγη φλογί. Loquitur de sanguine qui posterius ex alijs partibus, ad eam in qua iam calor accensus est et augetur, influit, atq; primum quidem fumigat, eo quod iam putrefactis superfluitatibus miscetur, et quod impactus non perfletur. postea uero similiter ut priores illæ superfluitates putrescit, ita ut omnia tandem febrilem caliditatem accendant. De eo item qui afficitur hoc modo loquens, ἄπο τυφῶδῶν ἰψῆμα appellat, quasi in quo nondum plene accensa febris adhuc fumiget. Porro τυφῶδῶν etiam stuporem significat: unde τυφῶδῶν dicitur ita affectus, Hippocrati libro quarto morborum popularium, et τυφῶμασσία, mixta ex Phrenitide et lethargo affectio, uelut Galenus in glossis Hippocratis exponit. Verba Hippocratis hæc sunt: μετὰ πλῆθῶσιν δύσιν ὀδεράτων τῶ ἀπικῶ ἄπο τετρατόσας ἀλισθῶ μῶ τυφῶδῶσ ἰδρῶθῆ. ἔ τῶ τῶ ὀρῶν ἀλθῆ τυφῶμασσί. Habent tamen exemplaria Hippocratis impressa τυφῶδῶσ, et τυφῶμασσί falso, sicut etiam in eodem lib. non longe à fine, τυφῶδῶσ rursus pro τυφῶδῶσ habetur. Porro Aëtius libro quinto cap. 89. distinctionem inter has febres talem facit. Fiunt, inquit, aliquando ignis sacri affectiones circa aliqua uiscera, febrem ardentem et habitualem inducetes. Et si quidem circa uentrem fuerit ignis sacer, febrem ex his locis accensam lipyriam nominant. Si uero circa hepar, τυφῶδῶσ, id est fumosam. Si circa pulmonem, κενώδῶσ, id est algidam. Sed horum fidem apud autorem relinquimus.

IN CAPVT XXVIII.

Continentium (synochos græci uocant) februm generatio ex sanguine est.) Tamen si continens uox idem significet quod continua, tamen continuas febres, σιωχῆσ græcis dictas: appellare nobis uisum fuit, quæ sunt eiusdem generis cum singulis intermittētibz siue interpolatis. Est enim tertiana continua et intermittens: et quartana continua et intermittens: et quotidiana continua ac intermittens: continentes autem id est σιωχῆσ, eas quæ ex sanguine ortū habent, quandoq; seruescēto solum, quandoq; etiam putrescēto, propter obturationem. Nam quum neq; Græci certam ac græcam huius febris appellationem habeant, licebit puto etiam nobis generaliore uocem ad certam speciem adstringere, quod etiam ante nos Linacer in uertenda Galeni methodo fecit. Quod autē

**Hepialos et lipyrias eiusdem generis**  
λεπτέας πυρετός

**Hippocratis locus**

**Febres fumosæ**  
τυφῶδῶσ πυρετός  
τυφῶμασσί

**Galenus loci duo**  
ἄπο τυφῶδῶν  
τυφῶδῶσ  
τυφῶμασσία

**Hippoc. loci tres**  
Aëtij locus

**πρῶτος πυρετός**

**Continuas febres**  
συνεχῆσ πυρετός  
**Continentes febres**  
σύνχοι πυρετός

non

non graecum nomen sit σωαχθ, sed solocismum redoleat, & à quibusdam huic febris speciei ea gra-  
tia impostum sit, ut ne sine nomine relinquereetur, Galenus nono methodi docet his uerbis: ἐφ' ὧν γὰρ  
ἀνδρῶν φύσιν εἰς ἀπ' ἀρχῆς ἀρχὴ τῶν αὐτῶν διαρκῶν εἰς πολλὰς ἡμέρας ἐκτείνεται, σωα-  
χθὸν ὀνομάζουσι, τῶν τοιούτων πυρετῶν, ἃ ἐκλελυκῶν μὲν ὀνόματι χρωμῆνοι, ἑλοικίζου δὲ ἐλο-  
μῆνοι μάλ' ἔστιν, ἢ κατὰ λιπῆν ἀνῶνυμου ἀντὶ τῶν ἰδ' ἑαυ.

IN CAPVT XXXII.

Duplex autem februm hecticarum species est.) Hic locus & in Paulo corruptè  
habetur, & in Galeno libro primo de diff. febr. parum integrè legitur, & in Aëtio sermonis siue libro 5.  
cap. 92. defectuosus est. Nec putandum est Paulum, aut Aëtium quaedam omisisse compendij gratia, quò  
si quid hoc loco omittatur, sententiam uitiet. Nec rursus putandum Aëtium adiecisse de suo, quod Gale-  
nus non habuerit, sed scriptorum qui de linea ad aliam lineam aberrarunt, incuria factum est, uocum e-  
tiam similitudine occasione errandi præbente, ut in omnibus his non integra sit lectio, quæ in hunc mo-  
dum est omnibus ex æquo restituenda, quam etiam latinè expressimus: διττὸν δὲ ὄσιν εἶδ' ἐκλε-  
κῶν πυρετῶν. οἱ μὲν γὰρ ἂν καυσώδεσι πυρετοῖς ὡς τὰ πολλὰ γίνονται, ἢ τοὶ μηκωθεῖ-  
σιν εἰς τοσούτου, ὡς ἐκδ' ἀπανῆσαι τῶν χρόνων τῶν ἰκμάδα τὸ ἐν καρδίᾳ σώματι, ἢ καὶ  
μυῖνός τις ἐπι συχνοῖς. ἐκείνοι μὲν οὖν ἐκλεκτοὶ μόνου εἰσίν, ἀλλ' ἡδὴ καὶ μαρρασώδεσιν. οἱ  
δ' ἐπι μύσσης ἐν γρότῃ γιγνώμενοι, τὸ σῶμα ἐν καρδίᾳ κατὰ λαμβάνοντες ἐν τοῦ  
θῶν ἀνάπνοντα, κατὰ πῶρ ἢ τῶν λύχνων φλοῖε ἐκ τῆς δευαλλίδ' ἐπι μύοντα τὸ ἐν τοῖς  
ἀνχοῖς ἐλαίεσ, &c.

Galenus locus  
Actij locus

IN CAPVT XXXIII.

Quæ sanè etiam magis facile curari potest.) Tametsi exemplaria impressa par-  
tim ἀνιάτ, partim δνιάτ habeant: tamen ratio & res ad eò ipsa indicat legendum esse δνιάτ.  
Nam si incurabilis esset, quid opus fuisset curationis rationem & modum subscribere? quid item aduer-  
bium μάλ' ἔστιν adijcere attinebat, ad uocem priuationè significantem, & rem penitus negatam? At ὅτι  
τὸ uox est neq; Paulo, neq; reliquæ graecorum medicorum scholæ familiare.

ἀνιάτ  
ὄνιάτ  
ὄνιάτ

IN CAPVT XXXV.

Verum ambiens nos aër mutat temperamēta, siue immoderatè calidior,  
siue frigidior, aut siccior, aut humidior fiat.) In graecis exemplaribus deest uox ἢ ξη-  
ρότερ, quam & ratio reponi iubet, & Aëtius expresse habet.

Ita ut aquæ inductionibus, & ocio, & ciborum inopia, & potus redun-  
dantia refrigeret: tegumentis autem & laboribus, & cibo uberiore, & potu  
parciore calefaciat.) Quod hoc loco, & potu parciore dixi, in graecis codicibus corruptè le-  
gitur, καὶ ποτὲ ἐλάσσοσι. Est enim legendum καὶ πόσι ἐλάσσοσι. Sicut enim ad diuersas & con-  
trarias qualitates inducendas, opponit aquæ inductioni, tegumenta: ocio, labores: ciborum inopiae, ci-  
bum uberiorem: sic etiam potus redundantiae refrigeranti, opponit potum parciorem calefacientē. Atq;  
hæc est genuina ac recta huius loci sententia. At uero aquæ inductiones non accipiendæ sunt, quasi su-  
pra corpus, aut ullam corporis partem, eam induci aut superfundi uelit, sed eas locis coenaculorum, con-  
clauū, ac habitationum induci uult, ita ut aut pauimentis inspergatur, aut etiam in uasis apertis depo-  
natur, aut per canales inducatur, quo salientis modo, labro supposito excipiat. His enim modis aër mi-  
nistice refrigeratur. Caterum paulò post deest uox ψυχρόν in graecis Pauli exemplaribus. Sic enim legen-  
dum est: μετὰ τὰ ἄλλα εἰς τὸ δεξιὸν καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀέρος, ἕως ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν ὄντα. Ita sa-  
nè & ratio dicitur, & Aëtius libro quinto cap. 94. habet. Quod uero hic Paulus Acronem Agrigenti-  
num fecisse tradit, id Aëtius Hippocrati quoq; attribuit. Meminit item eius Hippocratici facti Galenus  
ad Pisonem de Theriaca. Acronem uero Hippocrate uetustiore facit Suidas, ipsumq; cum Empedocle  
Athenis uixisse scribit.

Potus parciore  
calefacit  
aquæ inductiones

Acron Agrigen-  
tinus

IN CAPVT XXXVI.

Linguae torrefactæ, siticulosi sunt, anxij, uigilantes, &c.) In graecis exempla-  
ribus ἀσθηροὶ uox legitur corruptè pro ἀσθῶδεσ. Quod autem duplices sint ἀσθῶδεσ, alteri cum cibi  
fastidio nauseabundi, alteri anxij, & uarijs modis se iactantes in lecto, in commentarijs medicis ex Gale-  
no docui. de posterioribus hic loquitur Paulus: nec habet uox ἀσθηροὶ ullam huc pertinentem significa-  
tionem. Sed & mox legitur σω εἶδ' ἢ pro σωετός εἶν, deestq; uox πηγνώσει. Torum itaq; hunc  
locum graecè sic leges, & Aëtio libro quinto capite 95. γλῶσσαι κατὰ πηφρυγμῆλαι, σω εἶδ' ἢ, ἀσθῶδεσ, ἀσθηροὶ, ἀσθῶμοι βίαιοι, καὶ ἄλλα πονηρὰ πολλα. εἰ δὲ τις σωετός εἶν, πη-  
γνώσει μέλλοντα ἢ εἶν, &c. uelut textus habet, & ego conuertit.

ἀσθῶδεσ du-  
plices  
ἀσθηροὶ

His calefactorijs opus est, quo caliditas ad superficiē corporis trahatur,  
B 3 & si

& si quo alio modo fieri possit, ut caliditas ex profundo ad externas partes educatur.) Ex Aëtio hic locus ita graece legi debet: τὸ τοῖς δερμασμάτων δει, ὥστε ἐλκυθῆναι τὸ δερμὸν ὑπὸ τῶν ὑδιφάνειαν τῶ σώματι. καὶ εἰ δὴν τινι ἄλλῳ τρόπῳ οἶοντε ἀνάγειν τὸ δερμὸν ἐκ βάθους πρὸς τὰ ἔξω. Sed et paulò ante hunc locum, ubi legitur: καὶ ἡ φλόξ ἔχει σὺν θύσ, deest uox, quæ item ex Aëtio adscribenda est ἀνῆσι.

Potio præser/  
mans à peste

πλάμυς ἡμισυ  
suppositum pro  
πλάμυς μίγνυς

Pilulæ com/  
munes  
Catapotia ex  
III. rebus

Vtendum & hac quæ præsumitur potione. Aloës partes II. ammoniaci thymiamatis partes II. myrrhæ partem I. Hæc in uino odorato fabæ magnitudine dentur, quotidie uidelicet.) In graecis codicibus legitur: ὅν οἶνον δὴ δὲ δόσεων, ὅσον κυάβη ἡμισυ: ita ut uini mensura, nō medicamento pondus, aut modus, aut quantitas sit expressa, quum tamen non multum referat, uini ne plus aliquanto, aut minus quis accipiat. At ut medicamento certus modus sumatur multum refert, de incerta mole myrrhæ simplæ, ad duplam aloën, itemq; duplum ammoniacum thymiamata, quam molem quisque prout libet augere ac minuere potest. Neque enim de medicamento, mensura dimidij cyathi accipi debet, aut potest. Proinde legendum arbitror, ὄλου κυάμυς μίγνυς. primū quòd facile fieri potuerit, ut ex decurtata scriptura κυάμ. μίγ. is qui transscriptus est, legendum putauerit κυάβη ἡμισυ, maximè quum uini mentio proximè fieret. Deinde quòd fabæ magnitudo, conueniens modus esse uideatur huius medicamento quotidie sumendi, non purgationis, sed humorum à corruptione asseruandorum gratia. Postremum quòd uox ὄλου, quantitatem ponderis aut molis significet, non mensuram, aut capacitatem uasis alicuius. Porro huius medicamento loco hodie sunt in usu catapotia siue pilulæ cōmunes dictæ, siue de tribus rebus. Constant enim aloë, croco, & myrrhæ, ita ut quædam officinæ æquale omnium pondus sumant: quædam myrrhæ simplum, aloës & croci duplum: quædam aloës duplum, croci & myrrhæ simplum, prout autorum primorum, aut utentium, aut etiam presentium medicorum usus obtinuit. Differentia in hoc est, quòd in his pilulis, crocus pro ammoniaci, haud scio qua ratione, aut quo errore, ducas Arabibus medicis recipitur: et quòd pilulæ deglutuntur, medicamentum hoc ex uino bibitur. Nam quòd ad pondus attinet, pilularum dosis in communi est drachma una. Qui uero in peste quotidie utuntur, minus sumunt, drachmæ nimirum tertiam aut quartam partem, ita ut à quibusdam neq; hic fabæ magnitudo excedatur.

IN CAPVT XXXVII.

Et totum corpus maiorem naturali molem habet.) Tametsi Paulus hoc loco legit, ὅν ὄγκω τε μέζονι τὸ ἤνθρωπος τὸ σῶμα ἢ γαστρός δέ. Tamen Galenū 12. methodi, & Aëtium lib. 5. cap. 95. sequenti, legere maluimus & expressimus: ὅν ὄγκω μέζονι, τὸ ἤνθρωπος ὄλον τὸ σῶμα δέ. Nam & oris uentriculi moles cerni non potest, & si quid ea parte tumidius foris appareat, hoc instati præcordij nota, quæ præcessit, satis indicatum fuit. Sed & color qui sequitur ad totum corpus pertinet, non ad uentriculi osculum. Deest autem & eo loco Paulo uox una, ex dictis autoribus restituenta, ut sic legatur: ἐστὶ δὲ οἷς ὑπὸ τὸ μέλαινον τῶν ὀφθαλμῶν. At mox siue legas, εἶ γὰρ καὶ χλωρὸς τῶν ὀφθαλμῶν, ut Galen. habet, siue οἷ τινος καὶ χλωρὸς τῶν ὀφθαλμῶν, ut Aëtius, siue οἷ δὴν καὶ χλωρὸς τῶν ὀφθαλμῶν, ut Paulus, de in dñ mutato, rectam lectionem habes.

Et illud solum tēpus remittamus, in quo somnus ipsos occuparit. Siquidem igitur pulsus ipsis ualde paruus, & fortiter inæqualis est, extremum periculum imminet, & facere oportet ea quæ dicta sunt, nihil aliud curiosius cōnando.) Hæc omnia in graecis exemplaribus desunt, nec compendij gratia à Paulo omiſsa sunt, sed ad explendam sententiam necessaria existunt. Et sequens periodus, εἰ δὲ τὸν μετρίως ἔχει, &c. indicat priorem illam desiderari. Ex Galeno itaq; & Aëtio locis paulò antea citatis adscribantur Paulo hæc uerba: καὶ μόνον ἐκείνου ἀνιόντας τὸν καιρὸν, ὅν ὁ πρὸς αὐτὸν ὑπὸ αὐτῶν καταλάβοι. εἰ δὲ ἢ ὁ σφυγμὸς αὐτοῖς σφόδρα μικρὸς, καὶ ἀνώμαλῳ ἰσχυρῶς, ἔχεται ὁ κίνδυνος, καὶ ἢ πρὸς τὴν ἐν τῷ λελεγμαίνῃ, μηδὲν ἄλλο ποδὲρα ζομνόν.

Aduersissima sunt his balnea, & aer nos ambiens multus calidus aut frigidus. Hæc igitur facienda sunt à prima die, ubi ipse incæperis curationē.) Et hæc omnia desunt in graecis exemplaribus, necessariò ad perficiendam sententiam requisita, & non breuitatis ergò à Paulo relicta, sed ab exscribente præterita. Nam etiamsi multa legantur in Galeno ac Aëtio, quæ Paulus libenter transfiliuit, tamē hæc sine sententiæ detrimento omitti nō possunt. Sic ergo lectio cōpleatur: ὅν αὐτὸν τὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐκβαλεῖν, καὶ ὁ ποδὲρ ἔχων ἡμᾶς ἀπὸ ἰκανῶς θερμῶς ἢ ψυχρῶς γυμνασμός. ταῦτα ἢ ἐν πρῶτῳ ἢ ἐν τῷ πρώτῳ ἡμέρας ὅταν αὐτὸς ἀρξῆται τῆς θεραπείας.

IN CAPVT XL.

Verum in rhenibus cum grauitate quadam dolor est, in uno loco firmatus, circa lumbum dextrum aut sinistrum, retrorsum magis. In colo uero dolor ex

lor ex loco ad locum transit.) Hæc quoq; desunt græcis exemplaribus, ex transcribentis incuria relicta. Neq; enim sine his sententiâ integra est, & non compendiu, sed dispendium esset, relinquere ea quæ ad sententiæ perfectionem referunt. Ex Galeni itaq; lib. 2. de locis affectis, & ex Aëtij lib. 5. cap. 100. sic ad uerbū legendum est. Inde enim ad uerbū, etiam præcedentia ac sequentia Paulū transcripsisse se apparet:  $\alpha\lambda\lambda\ \omega\delta\ \mu\eta\ \tau\ \nu\ \epsilon\phi\omega\mu\ \mu\epsilon\tau\alpha\ \beta\acute{\alpha}\rho\upsilon\varsigma\ \tau\ \nu\ \omicron\delta\ \omega\mu\ \eta\ \omicron\ \delta\ \omega\mu\ \eta\ \kappa\alpha\delta\ \gamma\ \nu\alpha\ \tau\ \omicron\ \pi\omicron\mu\ \epsilon\delta\ \rho\alpha\sigma\ \mu\epsilon\ \nu\eta\ \eta\ \tau\ \lambda\alpha\gamma\ \nu\ \omicron\alpha\ \delta\ \epsilon\ \xi\ \iota\ \alpha\ \nu\ \eta\ \acute{\alpha}\ \epsilon\ \rho\ \iota\ \varsigma\ \epsilon\ \rho\ \alpha\ \nu\ \omicron\ \pi\ \iota\ \delta\ \gamma\ \nu\ \mu\ \alpha\ \lambda\ \lambda\ \omicron\ \nu\ \omega\delta\ \delta\ \epsilon\ \tau\ \omicron\ \kappa\ \omega\ \lambda\ \alpha\ \mu\ \epsilon\ \tau\ \alpha\ \epsilon\ \alpha\ \iota\ \nu\ \eta\ \eta\ \delta\ \omega\mu\ \eta\ \tau\ \omicron\ \pi\ \omicron\mu\ \epsilon\ \kappa\ \tau\ \omicron\ \pi\ \nu\ .$  Sed & paulò post ex memoratis Galeni & Aëtij locis, legendū est hoc modo:  $\tau\ \omicron\ \nu\ \omega\ \delta\ \epsilon\ \iota\varsigma\ \eta\ \nu\ \eta\ \nu\ \alpha\ \rho\ \kappa\ \omega\ \delta\ \epsilon\ \iota\varsigma\ \omega\delta\ \phi\ \epsilon\ \rho\ \epsilon\ \iota\ \delta\ \nu\ \pi\ \omicron\ \nu\ \omicron\varsigma\ \delta\ \nu\ \omega\delta\ \tau\ \omega\delta\ \delta\ \epsilon\ \rho\ \mu\ \alpha\ \lambda\ \tau\ \epsilon\ \alpha\ \mu\ \lambda\ \iota\ \omicron\ \delta\ \mu\ \omega\ .$  οἱ ἡ μεταξὺ τῶν ἄλλων εἶον διασωθέντας. Etiam si in Aëtio uitiose legatur γαστρὸς pro αἰγρὸς, & reliqua lectio corrupta ipsi ex Paulo restitui possit. Porro quod paulò post, placantes ipsos magis attenuantibus eduljis, conuerti, in græcis est  $\pi\ \epsilon\ \sigma\ \lambda\ \iota\ \pi\ \epsilon\ \rho\ \nu\ \tau\ \epsilon\ \varsigma\ ,$  quod significat placantes, mitigantes, neq; necesse est aliam uocem exquirere, quæ pro hac substituatur. At uerò quod mox sequitur. Si uerò tumor grauens aut pre mens dolorem efficiat, tumor curandus est, accipiendum de tumoribus forinsecus in corpore obortis, & nō de aliqua externa illapsa corpori mole, quæ aut grauasset aut contudisset, quomodo enim de hac mole subiunxisset,  $\tau\ \omicron\ \mu\ \omicron\ \gamma\ \kappa\ \omicron\mu\ \iota\ \alpha\ \tau\ \epsilon\ \omicron\ \mu\ ?$  Sed clarior est adhuc, qui insuper addit quibus rebus tumor is sit curandus, Aëtius,  $\tau\ \omicron\ \mu\ \omicron\ \gamma\ \kappa\ \omicron\mu\ \iota\ \alpha\ \tau\ \epsilon\ \omicron\ \mu\ \text{inquit,} \delta\ \iota\ \alpha\ \tau\ \omega\ \lambda\ \epsilon\ \pi\ \tau\ \omega\ \nu\ \tau\ \omega\ \nu\ \kappa\ \alpha\ \iota\ \rho\ \alpha\ \iota\ \nu\ \tau\ \omega\ \nu\ .$

Aëtij locus

προσληπθέντες

ἄλλος pro uulmore

IN CAPVT XLII.

Craffitudinem habet strigmentitiam, aliquando etiam oleosam, aut adiposam, syntexis id est colliquatio appellatur morbus. Nam recens compacta pinguedinis ac carnis essentia, à febre ardēte resoluitur ac colliquatur.) In græcis exemplaribus lectio corrupta sic restituitur ex Aëtij lib. 5. cap. 90. & lib. 9. cap. 38.  $\kappa\ \alpha\ \iota\ \tau\ \alpha\ \chi\ \omicron\ \epsilon\ \chi\ \epsilon\ \iota\ \nu\ \gamma\ \lambda\ \omicron\ \omega\ \delta\ \epsilon\ \iota\varsigma\ \gamma\ \nu\ \iota\ \omicron\ \tau\ \epsilon\ \delta\ \epsilon\ \kappa\ \alpha\ \iota\ \epsilon\ \lambda\ \alpha\ \delta\ \delta\ \epsilon\ \iota\varsigma\ \eta\ \pi\ \iota\ \mu\ \epsilon\ \lambda\ \omega\ \delta\ \epsilon\ \iota\varsigma\ \sigma\ \omega\ \tau\ \eta\ \xi\ \iota\varsigma\ \kappa\ \alpha\ \lambda\ \epsilon\ \tau\ \tau\ \tau\ \omicron\ \nu\ \omicron\ \sigma\ \eta\ \mu\ \alpha\ .$  ἡ γὰρ νεοπαγῆς δὲ αἴματι πηκτικὴ καὶ ἐπιμαλῶδες, ὑπὸ πυρετῶ διακκεῖται ἀναλύεται καὶ τήκεται. Sed & mox integra uox deest, & una corrupte legitur, nempe γῆς pro πυγῆς. Sic ergo in teâ gralectio restituitur,  $\nu\ \chi\ \rho\ \omicron\ \delta\ \tau\ \omicron\ \sigma\ \iota\varsigma\ \iota\ \alpha\ \sigma\ \iota\varsigma\ \delta\ \epsilon\ \iota\ \nu\ \alpha\ \rho\ \omega\ \gamma\ \eta\varsigma\ \nu\ \chi\ \rho\ \omicron\ \tau\ \alpha\ \tau\ \eta\varsigma\ .$

IN CAPVT XLIII.

Tunc autē aperire & claudere palpebras cogimus.) In græcis exēplarib. legendum est ex Aëtio lib. 5. cap. 115.  $\delta\ \iota\ \omicron\ \iota\ \gamma\ \epsilon\ \iota\ \nu\ \delta\ \epsilon\ \tau\ \omicron\ \tau\ \epsilon\ \kappa\ \alpha\ \iota\ \mu\ \upsilon\ \sigma\ \alpha\ \iota\ \alpha\ \nu\ \alpha\ \gamma\ \eta\ \alpha\ \zeta\ \omicron\ \mu\ \omega\ \nu\ \tau\ \alpha\ \beta\ \lambda\ \epsilon\ \phi\ \alpha\ \rho\ \alpha\ .$  Quòd si quis ex Oribasio legere maluerit,  $\delta\ \iota\ \omicron\ \iota\ \gamma\ \epsilon\ \iota\ \nu\ \delta\ \epsilon\ \tau\ \omicron\ \tau\ \epsilon\ \epsilon\ \iota\ \mu\ \upsilon\ \sigma\ \alpha\ \iota\ \alpha\ \nu\ \alpha\ \gamma\ \eta\ \alpha\ \zeta\ \omicron\ \mu\ \omega\ \nu\ \tau\ \alpha\ \beta\ \lambda\ \epsilon\ \phi\ \alpha\ \rho\ \alpha\ ,$  uerba quidē habebit diuersa, sed in eandē tamē sententiâ tendētia, nimirū ut ægris per hoc fatigatio inducatur.

IN CAPVT XLIIII.

Post conuenientē superflui uacuationē.) In græcis falso habetur,  $\mu\ \epsilon\ \tau\ \alpha\ \tau\ \nu\ \pi\ \epsilon\ \sigma\ \iota\ \kappa\ \omicron\ \sigma\ \alpha\ \nu\ \tau\ \tau\ \omega\ \nu\ \epsilon\ \tau\ \tau\ \omega\ \kappa\ \eta\ \mu\ \alpha\ \sigma\ \iota\ \nu\ .$  Legendū est enim  $\pi\ \omicron\ \delta\ \epsilon\ \tau\ \eta\ \delta\ \nu\ ,$  hæc enim uacuantur, non  $\omega\ \nu\ \rho\ \epsilon\ \tau\ \omicron\ \iota\ .$  Ita etiam lib. 3. cap. 3.  $\omega\ \nu\ \rho\ \epsilon\ \tau\ \eta\ \omicron\ \nu\ \tau\ \omicron\ \text{pro} \pi\ \omicron\ \delta\ \epsilon\ \tau\ \eta\ \nu\ \omicron\ \nu\ \tau\ \omicron\ \text{falso legitur.}$

πυρετῶν suppositum pro πικρῶν

Cataplasma huic adhibendū est ex polentæ polline.) Græca exemplaria habēt  $\kappa\ \alpha\ \tau\ \alpha\ \pi\ \lambda\ \alpha\ \sigma\ \tau\ \epsilon\ \omicron\ \mu\ \epsilon\ \kappa\ \pi\ \alpha\ \lambda\ \alpha\ \delta\ \alpha\ \lambda\ \phi\ \iota\ \tau\ \alpha\ ,$  sed facilis fuit lapsus, ut  $\pi\ \alpha\ \lambda\ \alpha\ \delta\ \alpha\ \text{pro} \pi\ \alpha\ \lambda\ \lambda\ \eta\varsigma$  arripereetur. Effi autem  $\epsilon\ \kappa\ \pi\ \alpha\ \lambda\ \lambda\ \eta\varsigma\ \alpha\ \lambda\ \phi\ \iota\ \tau\ \alpha$  legendum, docet Aëtius lib. 5. cap. 115. Non enim præscribunt ueterem polentam, sed ipsius polentæ pollinem, quæ  $\pi\ \alpha\ \lambda\ \lambda\ \eta\ \text{et} \omega\ \alpha\ \iota\ \pi\ \alpha\ \lambda\ \lambda\ \eta$  græcis dicitur.

παλασῶν uox pro πάλλει supposita πάλιν παπάλων

IN CAPVT XLVI.

Si uerò perseveret rigor, aut perfrigeratio.) Leuis & nullius momēti error in græcis exēplaribus, fecit ut tota sententiâ huius loci corrūperetur. Græcē sic habetur:  $\omega\delta\ \mu\ \omicron\ \nu\ \varsigma\ \eta\ \tau\ \rho\ \iota\ \gamma\ \nu\ \varsigma\ \eta\ \tau\ \pi\ \omicron\ \delta\ \epsilon\ \nu\ \chi\ \rho\ \omicron\ \delta\ \epsilon\ \omega\ \varsigma\ \delta\ \sigma\ \eta\varsigma\ .$  Legendū autē  $\omega\delta\ \mu\ \omicron\ \nu\ \varsigma\ ,$  ut sit una uox. Hæc & alia huiusmodi hæctenus nō attigi, neq; in posterū adducā, quū ex ipsa nostra trāslatione satis cognoscātur, & talibus dedolandis immensus præseginium aceruus futurus sit.

IN CAP. XLVII.

In somno uero in cimolia terra aquæ dissoluta pinguescunt.) Græcē legitur  $\kappa\ \iota\ \mu\ \omega\ \lambda\ \iota\ \alpha\ \nu\ \delta\ \alpha\ \epsilon\ \lambda\ \delta\ \iota\ \alpha\ \lambda\ \nu\ \theta\ \epsilon\ \iota\ \sigma\ \eta\ \tau\ \omega\ \iota\ \alpha\ \epsilon\ \nu\ \omicron\ \mu\ \delta\ \nu\ \alpha\ \delta\ \rho\ \alpha\ \text{et.}$  Sed legendū est pro  $\delta\ \rho\ \alpha\ \text{u,}$  uox  $\epsilon\ \rho\ \alpha\ \kappa\ \eta\ .$  Cimolia enim quū aqua resoluitur, pinguitudinem quandam remittit, quam  $\epsilon\ \mu\ \phi\ \upsilon\ \delta\ \nu\ \kappa\ \epsilon\ \kappa\ \tau\ \eta\ \mu\ \delta\ \nu\ \eta\ ,$  ut Dioscor. ait, in se habet. Cimoliam itaq; in somnis dorso ac thoraci per panniculum, aut linteam subijci uult Paulus, sicut antea etiam uentilationem per flabellum cum somno assumendam esse dixit: alioquin enim somnus sine his machinamentis, non sudorem prohiberet, sed magis adiuuaret. Nam antea docuit iudicatorios sudores tum alijs faciendis, tum somno adiuuandos esse.

Cimoliæ pinguitudo

Qui uerò per expressionem fiunt sudores.) Sudores per expressionem, id est  $\kappa\ \alpha\ \tau\ \epsilon\ \kappa\ \theta\ \lambda\ \alpha\ \nu\ \nu\ \iota\ \nu\ \text{fiunt,}$  qui per uim quandam ex doloribus aut cōuulsionibus elidūtur, & quos anxietas quædam excludit. Eos autem deligatione, & sōtu extremarū partium, & panniculorum lancorū defrictione curare præcepit. Sed corrupta est in græcis codicib. lectio, quæ habet  $\alpha\ \rho\ \nu\ \chi\ \delta\ \delta\ \iota\ \alpha\ \epsilon\ \rho\ \alpha\ \kappa\ \iota\ \delta\ \nu\ \omega\ \mu\ \epsilon\ \rho\ \epsilon\ \omega\ \nu\ .$

Sudores expressi

*ἀπὸ ψυχῆς* legendum enim est ἀπὸ ψυχῆς, à uerbo ψύχω, quod tero, τρίβω, tergo, scabo, frico significat. Et aliqui uox ἀπὸ ψυχῆς, nihil huc pertinens significat, nisi pro desiccare accipias, et ἀπὸ ψυχῆς legas: Et fortassis pro ἐρεῶν legendum est ἀραιῶν, ut raros panniculos accipiamus.

IN CAPVT XLIX.

Vitare autem oportet repentinam ex somno excitationem, fumum, puluerem, acriores odores, piperis, castorij, sinapis, mentæ. Lenis est odor mali ac polentæ.) Hæc græcè ad uerbum ita leguntur: φυλάττει δὲ ἀφινδῖαν ἢ ὑπὸν δὲ γερσιν, καπνόν, καυιορπυ, τὰς δριμυτοῦρας ὀσμάς, πεπερεως, καυοεία, νάπυθ, ἢ δ' ὑόσμη. πῶσωνες μῆλα καὶ ἀλζιτς ὀσμη. Dubium itaq; est primum an ἢ δ' ὑόσμου, id est mentam, uitare iusserit, uelut quæ acris calidâq; ac tenuium partium sit, atq; istis facultatibus uelut alia quæ enumerauit, sternutationem irriter: aut distinctione post uocem νάπυθ facta, ἢ δ' ὑόσμη uox ad πῶσωνες et sequentia, coniuncta legi debeat: quomodo posterioris editionis lectio habet: maximè quum Aëtius libro sexto cap. ultimi sine aperte tradat, mentæ olfactum sedare sternutationes, ποιεῖ inquit, καὶ τὸ ἢ δ' ὑόσμου καὶ τὸ ἢ δ' ὑχοῦ ὀσφραϊνόμενον. Deinde ambiguum est an μῆλων uox recte legatur. Nam quum multa sint malorum genera, facultatibus diuersa, non uidetur ita simpliciter debuisse pronunciare mali odorem lenem siue gratum esse. Deinde diuersissimi generis odores, mali et polentæ, non ita commodè coniunxisse uidetur, ut proinde suspicio sit, pro μῆλων uoce, legendum esse ἀμύλων, quum amyllum et natura et uiribus polentæ uicinius sit, et acria leniendi uim habeat. Hæc proponenda duxi, non quòd omnino improbem aut tollam ueterem lectionem, sed ut sollicitos faciam rei medicæ studiosos, artemq; exerentes, quo diligenter etiam rectè tradita considerent ac expendant, atq; ita non temere quæuis, sed experientia quoq; prius cognita, in usum assumant.

*Mentæ facultas*

*Amyli facultas*

IN CAPVT LI.

Si uerò ad magnam famem, bulimon appellatam, ciborum inappetentia deueniat, hoc est, ut excellenter animo linquantur, hos reuocabimus.) Legitur quidem hoc loco ὑπερβέλλασαν ἀφοσίαν, hoc est ut excellenter non sentiant alimentum. Sed quum præcipua eorum qui bulino corripuntur affectio in hoc sit, ut animo linquantur, cum extremarum partium perfrigeratione, et spiritus defectione, uelut Aëtius libro nono capite sexto, docet, uideatur etiam hic legendum esse ὑπερβέλλασαν ἀψυχίαν, uelut etiam reddidi, maximè quum sequatur, τῶττος ἀνακτησόμεθα, id est hos reuocabimus. Non enim reuocantur ac ueluti ad uitam reparantur, nisi ἀψυχῶντες, et qui λειποθυμοῦσι. Estq; ἀψυχία idem quod λειποθυμία, uelut etiam Hippocrates libro primo de morbis muliebribus usurpat. Quòd si tamen ἀτροσίαν legendū esse quis contendat, neq; is aliam sententiam inducere poterit, quàm ut accipiamus, adeò uehementer alimentum non sentiri, ut inde deliquium animi consequatur. Reuocatis autem panem ὃν κράμαλι, id est uino diluto exhibet, sed falso in græcis una uox δὺκράμαλι habetur.

*ἀτροσία*

*ἀψυχία λειποθυμία*

*κράμαλι*

IN CAPVT LIII.

Appetunt etiam uitiosas qualitates, quemadmodum etiam cibos.) Sic sane habent exemplaria græca, μαχθρῶν δὲ ὠδιθυμοῦσι ποιοτήτων, ὡσπερ καὶ σιτίων. At uox σιτίων facit ut uideri possit rectius legi πομάτων quàm ποιοτήτων, ut accipiamus eos et potus et cibos uitiosos appetere. Sed repugnat constans lectio exemplariorum, etiamsi fieri potuerit, ut ob uiciositatem uocum, ποιοτήτων pro πομάτων supposita sit. Deinde et ratio colligit, et experientia confirmat, non potus tantum eos uitiosos, uelut etiam cibos appetere, sed uarias res quæ nec in cibi nec potus usum ueniunt, sed in ore saltem teneri, aut manducari possunt, ex partibus animalium, stirpiū et rerum rariorum, imò etiam rerum absurdarum, iuxta prædominantis uitiosi humoris proportionem. Quin et si potus ac cibos tantum eos appetere, uelimus accipere, tamen etiam sic πομάτων uox melius sub uoce ποιοτήτων intelligi potest, quàm expresse pro ipsa remota reponi. Quòd si Galenum libro primo de symptomatum causis sequi uoluerimus, utram uocem maluerimus rectè legemus. Nam utraq; uoces eodem loco non ita multo facto discrimine usurpat. Et Paulum inde hæc et sequentia mox descripsisse apparet, unde etiam uera lectio peti potest.

*σιτίων*

IN CAPVT LIIII.

Et damascenorum & Mysclij, hoc est myxæ ossa in ore retenta.) Græca exemplaria hic sunt corrupta, sic enim habent: καὶ δαμασκλιὰ καὶ μυσκλιὰ, ὅσπερ δὲ ὄσιν ἢ μύξην, τὰ ὄσα. Potest autem recta lectio restitui ex Aëtio qui libro quinto cap. 118. ita habet: καὶ δαμασκλιὰ καὶ ἢ μύξαριων τὸ ὄσιν κατεχόμενον ἐν τῷ στόματι πρᾶμυθῆτου. Proinde ita Pauli lectio habere debet: καὶ δαμασκλιὰ καὶ μυσκλιὰ, ὅσπερ δὲ ὄσιν ἢ μύξην τὰ ὄσα. Est autem myxa ossa fructus non multum dissimilis pruno damasceno, ita ut alter pro altero agnosci possit. Hodie in phar-

*Mysclion Myxa*

*Myxa ossa*

macopoa

niacopolijs Sebesten uocant. Vtriusq; oficula illa interna in quibus & nucleus est, hic in usum præscribuntur. Meminit porrò paulò post Salis Indici, qui colore quidem & compage similis sit sali communi, sapore uero mellito. Quibus uerbis declarat se nihil aliud præscribere quàm Zuccharum hodie appellatum granosum, illud & candidum appellatum: quod ipsum etiam Dioscorides nouit, & Saccharū appellat, & lib. 2. describit, speciem esse mellis in India ac felice Arabia concreti, quæ in harundinibus reperiatur, compage similis sali, & quæ sub dentibus similiter ut sal atteratur. Sed & Paulus libro septimo Sacchar appellat, & ex felice Arabia afferri dicit, quod minus quidem inquit, dulce est melle, quod apud nos est, sed paribus uiribus præditum, supra hoc quòd neq; stomacho ingratum est, neq; uelut hoc, situm inducit. Quæ uerba Paulus ex Galeno libro septimo simp. medica. transscripsit. Sicut Galenus sua partim ex Dioscor. sumpsit. Plinius quoq; libro duodecimo capite octauo eandem sententiam his uerbis exponit. Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in harundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum. Hæc omnia quum hodierno appellato Zuccharo probè conuenire uideantur, nõ libet mihi diuersum genus hodierni Zucchari, à Saccharo illo ueterum credere: etiam si tempus, & locos, & usum, et parandi modum, aliquantum immutarit. Sed de hac re amplius quiddam libro secundo emblematum in Diosc. emblemate 71 dicemus.

Sebesten  
Sal indicus  
Zuccharum  
Saccharum  
Sacchar

IN CAPVT LVIII.

In principio igitur sustinere oportet ea quæ prodeunt, ita ut nihil resistamus aduersus ea quæ ex corruptione ac cruditate efferuntur.) In Græcis exemplaribus desunt hoc loco duæ uoces ad explendam sententiam necessarie, nempe πῶς τὰ. Sic ergo legendum est: ἢν ἀρχὴ μὲν οὖν δὲ χεῖρα δὲ τὰ κομίσουθνα, μὲν δὲ ἀνὸς βαίνοντες πῶς τὰ ἀπὸ δὲ ἀφθυσίης καὶ ἀπεψίας φερόμενα. Cæterum quòd ad finem huius capituli habetur: ἀγὰθιον ἐγκάδω πῶς τετυπόδιον τὴν ἐσοῦ ἀπὸ δερμῶν συμμάτω, integrum est, & bonam sententiam exhibet, si quis uoces rectè arripiat. Est autem sententia ea quam ego expressi his uerbis, Glomer ex calidis staminibus ad sedem efformatus apponatur. Est enim ἀγὰθιον glomus siue glomer, id est globus ex staminibus, quæ συμμάτα uocantur, factus, nostrum uulgus ein weber klüel appellat. Talem itaq; glomum ex staminibus ac filis factum ita efformari uult ut ad sedem aptus sit, & appositus prohibere possit, ne ita frequens ad egerendum surrectio contingat. Meminit etiam lib. 3. cap. 41. sine.

ἀγὰθιον  
Glomer ex staminibus  
συμάτα

IN CAPVT LIX.

Pertypham uelut mos est, uasa in naribus fauciare.) Quandoquidem stillatio sanguinis, quæ uidelicet guttatim sanguine in naribus stillante contingit, aut per expressionem, id est uiolentiam quandam plenitudinis urgentis ac impellentis, aut ob meatuum densitatem, id est ἡ τὸ πύκνωσιον τῶν πύρωων, uelut Aëtius libro quinto cap. 124. dicit, fit, etiam si in Paulo τῶν πύρωων uox desit: hanc sanè meatuum densationem rarefacere uult, atq; sic stillationem in largiorem fluxionem commutare, & hoc fauciatu uasis naribus per typham. Est autem Typha harundinis species ea quæ frequens ubiq; occurrit in stagnantibus locis ac paludibus, uulgus nostrum kolben, & roricht kolben appellat. Hæc itaq; Typha inditur in nares, & acie sua uasa faucians sanguinè elicit. Aëtius citato iam loco idem per graminis coliculum molitur. ἡ γὰρ καυλίου ἀγρῶσεως inquit, ὡς ἐστὶ τῶσα τὰ ἢν τῆς μύξωτις οὖρον ἀγρῶσα. & libro sexto capite nonagesimo quinto, graminis florem aut summam eius aspectu rioriem partem naribus indere iubet, & obtorquere donec sanguis erumpat.

Typhæ usus  
Graminis usus

IANI CORNARIII MEDICI PHYSICI, DOLABELLARVM IN PAULUM Aeginetam, Liber tertius.

IN CAPVT I.



LIV D experimēto cognitū ad alopeciam. Radicis Mandragoræ, &c.) Hoc medicamentū in nullo alio medico græco, quod sciam reperitur. Et uocibus obscuris, & Paulo non ita familiaribus proditum, merito tanquàm supposititium est suspectum. Ac primum quidem ponderis lectio corrupta est, habetur enim χ. ῥ. quod sanè pondus si congiorum octo mensuram accipiamus, in immensam molem excreuerit medicamentū. Aut igitur ultrò hoc pondus autor obscurauit: aut corruptè legitur pro genuino pondere. ῥ. ῥ. id quod latine expressi, deinde habetur ἀφύγιον χοιρέου ἀπὸ τῆς ῥ. Neq; satis constat quid per ἀπὸ τῆς ῥ. uocem significare uelit,

ἀφύγιον  
ἀπὸ τῆς ῥ.

*ωάλαρον* ἄθερα πύτυ ne, id est non curatam, aut ἄνολον, id est non falsam. At quum τώκος εἶν Inter cetera significat etiam salem inspergere, ἄπασον non falsam conuertit: & alioqui insulse axungie usus hoc loco potior quam falsae axungie uidetur. Postea nerij herbae cordis siue internae partis parum habet, hoc modo, νεκρὸς φλ βοτάνης καὶ ῥιζῆς ὀλίγου. Nerium itaq; fruticem, qui & Rhododaphne, & rhododendron appellatur, obscurat herbae appellatione. & dum cor eius herbae accipere iubet, etiam de parte nos ambiguos facit. Puto tamen ramorum nerij internam partem, siue medullam accipiendam esse, sicut in scilla internam partem ac medium καὶ ῥιζῆς ὀλίγου graeci medici uocant. Putatur autem, Nerium esse fruticem, nostris olander appellatum. Cetera clara sunt, nisi quod ἄπασω γένεσ corrupte legitur pro ἄπασω γένεσ, est autem ἄπασω γένεσ excolare.

**Aliud. Capitis muris usti partem unam, testarum buccinorum marinorum partem unam.** In graecis codicibus ita legitur: ἄλλο κωὸς κεφαλῆς μ. α. ὄσρα καὶ ῥόουσιον ἐκ φλ θαλάσσης μ. α. Tametsi non improbo coniecturam, ut ob scripturae uicinitatem, κωὸς uox pro μωὸς uoce supposita sit, maxime quum Galenus quoq; libro primo φλ τὸ πρὸς muris caput, & non canis habeat: tamen sicut paulo antea uulpeculae caput ustum recipiebat, sic caninum quoq; hoc loco recipiendum esse, praescripsisse uideri potest, utrunq; ob uim uehementer resiccantem ac exterforiam. Eodem modo, sicut pro uocibus ὄσρα καὶ ῥόουσιον, legendum puto, ὄσρα καὶ κερύκων. Nam eadem etiam paulo inferius in hoc capite habentur, tamen nolo etiam penitus ὄσρα καὶ ῥόουσιον reijcere, fortassis enim legendum est, ὄσρα καὶ ῥόουσιον ἐκ φλ θαλάσσης μ. α. id est testarum ruffearum ex mari partem unam. Tametsi uero res obscura ac incerta, pro certa tradi non possit, tamen suspicor ῥόουσιον dixisse ruffeum, latina uoce usurpata. Quemadmodum constant. Caesar libro secundo de agricult. cap. 24. ῥόουσιον τὰ ἰὰ dixit ruffei coloris uiolas. Et Paulus libro septimo cap. undecimo in antidoto podagrica ex corallio, anagalliden, τὸ ῥόουσιον ἀνθ' ἑχθροῦ, id est puniceum florem habentem dixit. Et tamen neq; sic ruffeae testae ex mari, aliae erunt quam conchyliorum ac concharum, atq; adeo ipsorum buccinorum. Sed haec coniectura nostra sit, qui nolui locum ab omnibus silentio praeteritum, relinquere intactum, sed quod in praesens uideretur communicare. Addam porro & aliam coniecturam. Posit fieri ut recta lectio sit, ὄσρα καὶ κερύκων ἐκ φλ θαλάσσης. Nam Galenus lib. primo φλ τὸ πρὸς, inter huius generis medicamenta a Critone prodita. Herimaceorum marinorum testas uistas habet. Sed sint haec coniectantis ac diuinantis, non asserentis ac affirmantis. Neq; enim mox mutanda est lectio expressa, ex eo quod alius scriptor diuersum quid habet: nisi penitus constet ineptam ac inutilem esse lectionem eam quae ab altera uariat. Proinde etiam in sequentibus, nihil opus est adducere diuersam lectionem Galeni, aut Oribasij, aut Aetij, ubi non palam res ipsa reclamant. Possunt enim posteriores etiam in his quae ex alijs usurpant, aliqua demere, aliqua addere, pondera etiam ac mensuras mutare, alia contusa, alia torrefacta assumere, & totius medicamenti formam alterare, prout ipsis ex usu fore uisum fuerit. Si quid igitur a nobis aliter quam graece habetur, conuersum est, id uelut certum a nobis receptum est, ne quis de

singulis a me reddendam rationem expectet. Non minima enim commentarii pars, ipsa recta translatio haberi debet, ut quae etiam iusti commentarii uice esse possit. Quod si quis tamen aliquid hic desideret, is multa huc pertinentia in libro primo commentariorum meorum medicorum in Galenum φλ τὸ πρὸς scriptorum reperiet, & meminerit nos hic saltem dedolare, ea quae prius ita secta ac parata fuerunt, ut dolabellam tantum requirerent.

**Deinde pectinem in aqua tinge, ac quotidie utere.** In graecis habetur, τὴν δὲ ἐκ πύσσε καὶ τὰ ἐκ πύσσε εἰς τὸ ὑδατοῦ καὶ ῥίνα, καὶ ἐκ ἐκ λω μίεραν. Ex quibus uerbis ego nullam commodam sententiam assequor. Neq; enim καὶ ῥίνα ad pilos referri potest, quum sint τριχῆς foemini generis. Neq; fieri potest ut quis singulos pilos hac aqua tingat. Quum autem neq; hic autore reperiamus, ex quo Paulus transscripsit, coniectura usi, non esse legendum καὶ ῥίνα statuimus, sed literarum uicinitate corruptam esse lectionem iudicamus, & pro ea τὸν κίρνα legendum esse credimus. Nam & per pectinem hac aqua tinctum, pili commode infici possunt, & similes aquas, aut potius cremores hodieq; multis in usu per pectinem esse scimus.

**Aliud. Aphronitri minae dimidium, pumicis torrefacti minae quartam partem.** In graecis pondera haec corrupta sunt. Legitur enim ἀφρονιτρὸς μινὰς ζ. κισσεῖως ὀπῆς μινὰς δ. Tanta harum rerum moles nullam penitus congruentiam cum sequentibus habet, quae quatuor drachmarum pondere sumuntur. Suppositum itaq; est μινὰς ζ. pro μινὰς δ. & rursus μινὰς δ. suppositum est pro μινὰς τέταρτον. Nam mox etiam lupinorum χ. τέταρτον, id est quartam congi partem habet. Atq; hic scripturae modus frequens occurrit in medicis graecis, ut litera δ. non numerum quaternarium, sed quartam rei cui adiecta est partem significet.

**Translatio res, est pars commentarij**

**IN CA**

IN CAPVT II.

Aliud. Gallas uiginti, adianti sextantem.) In hoc medicamento græca lectio corru-  
pta sic emendetur, pro χρίε δια λάουη, lege χρίβε δια λάουη, & pro ὀξυράν αυτα ἀλείφειν, lege ξυ-  
ράν αυτα ἀλείφειν.

Aqua capillos denigrans.) In hac aqua falso legitur μήκων & κερπίνων, pro μήκων  
& κωδύων, ueluti conueriti. Sed & sequentium distinctio iuxta nostræ translationis rationē, in græ-  
cis facienda est. Vfus autem est & hic latina uoce, ὕδωρ λάκκου, aquam lacustrem appellans. Nisi  
fortassis potius latini λάκκου græcam uocem, lacum suum fecerunt.

ὕδωρ λάκκου  
λάκκου

Thapsi qua tinctores utuntur, quam Romani herbam rubiam uocant,  
drach. viii. lixiuij pileatorij sextar. iiii.) Hec in græcis sic habentur, θάψη ἢ πινί οἱ  
βαφῆς χρωτται, ἢ οἱ ῥωμαῖοι ἔρβα ῥυβίαν καλεῖσι. L. η. κονίας τωλοποιηλικῆς. L. δ.  
Legendum autem τωλοποιηλικῆς. ῥ. δ. uelut res ipsa indicat. Et accipiendum lixiuium pileatorium  
siue pileariorum, hoc est eorum qui pileos ex lana faciunt, uelut in comment. medicis inter alia lixiui-  
um genera docui. Quod uero herba ea que latinis Rubia uocatur, græcis appelletur θάψη, uelut  
hic Paulus habet, hoc apud nullum alium græcum autorem legi: imò neq; θάψου pro ullius herbae ap-  
pellatione adhuc reperi. Thapsium addita uoce barbassum uulgus herbariorum nouit, sed hæc Thapsium  
φλόμω græcis est, & Verbascum latinis, unde barbassi uox corrupta est. At hanc Thapsium non uel-  
le iudicare Paulum, inde colligimus, quod paulò post φλόμω, id est uerbasci bis mentionē facit: & quòd  
hæc Thapsium, rubia latinis non appellatur. Et rubiam quidem latinis dictam, ἐρυθρόδανου esse, apud  
omnes pro certo habetur, & in Dioscor. rubiæ appellatio addita legitur. an uero hanc Paulus uelit, &  
hic Thapsium appellet, ambiguum facit, quòd etiam ipse libro septimo erythrodanum radicem rubram  
tinctorum esse dicit, quemadmodum quoq; Dioscorides. Verum de Thapso appellata à se, mox ita scri-  
bit, βοτάνης χυσις ῥυβίαν καλεῖσι. Non enim uidetur conuenire, ut eadem mo-  
do rubra radix, modo herba auri colorem referens appelletur. Hesy chius Thapsium lignum esse scribit,  
quod aliqui scythicum appellent, & quòd etiam flumini apud quem nascitur, Thapsium appelletur. Huic  
ligno attribuit, quòd tingat, & quòd lanas & capita eo flauesciant. Vnde etiam Thapsinum, flauū uo-  
cetur. Sed apponam ipsius uerba: θάψινου, τὸ ξανθόν, ἀπὸ τοῦ φύλου τῆς θάψης, ὃ βάπτει, ὡς ξαν-  
θίζοι τὰ ῥίδια καὶ τὰς κεφαλὰς. ὅσοι πινεὶ σκυθικὸν λεγροσι. καὶ ὁ ποταμὸς πρὸ ὧ φύνει  
τὸ φύλον θάψη καλεῖται. At ut Paulum de ligno loqui non putemus, facit quòd & herbam uo-  
cat, & quòd rubia non appellatur. Eò ergo tandem deuenimus, ut rubeam quam alias ἐρυθρόδανου di-  
xit, peculiari suæ etatis uocabulo, θάψου ab ipso dictam esse suspicemur: non tamen ulterius id facturi,  
quam donec rectius quid assequuti fuerimus. Habet porò mox in eodem medicamento, κελυδρίον. ἴο.  
β. Neq; satis constat an quid in rerū natura sit, quòd κελυδρίον uoce significetur. Proinde & hic con-  
iectamus, μυσκελυδρίον ἴο. β. legendum esse, hoc est murini stercoris sextantem. Sunt enim μυσκε-  
λυδρία eadem que μύχοδρα. procliuè autem fuit uocem ob similitudinem corrumpi: & Galenus li-  
bro primo ὑπὲρ τὸ πρῶτον, inter simplicia medicamenta ad alopecias facientia, muris stercus habet: & Pau-  
lus ipse murinum stercus alopecijs conuenire libro septimo testatur: & alioqui si celydrium uertas, san-  
tis indicas neq; quid græcè legas, neq; quid latinè reddas, te intelligere.

κονία τωλο-  
ποιηλικῆς  
Lixiuum pilea-  
torium  
Herba rubea  
Thapsium  
Thapsium bar-  
bassum  
φλόμω  
Verbascum  
ἐρυθρόδανου

Thapsium lignū

θάψινου flauus

κελυδρίον  
μυσκελυδρίον  
μύχοδρα

Stercus murinū

IN CAPVT III.

Ad ficofas in capite ac mento pustulas medicamentum siccum.) Quod sic-  
cum dixi medicamentum, in græcis codicibus habetur, τὸ ξυρῆξιον, sed falso, legendum enim est ξη-  
ρίον. Nam ita mox appellat linea sequenti, λαγαμῶν inquit, ὡδὶ τῖθαι διαφιλῆς τὸ ξηρίον, id est,  
hoc siccum loto large impone. Vocantur autem ξηρία medicamenta que arida & in puluillum detrita  
insperguntur, ac imponuntur ita ueluti sunt sicca. Et de his peculiariter libro septimo capite 13. agit. De  
hoc uero sicco puluillo, quòd non parum uexet hoc medicamentum, dicit, ἀπὸ τοῦ δ' ὑπερῶς inquit.  
Significat enim ἀπὸ τοῦ δ' hoc loco contactum molestum, nempe irritare, stimulare ac uexare.

ξηρία  
Sinopsis pro sy-  
napi suppositis  
ἀπὸ τοῦ δ'

Aut sinapi cum aceto.) In græcis legitur, ἢ σινώπιδι μετ' ὄξυς. Sed falso, neq; enim hic  
facit μίλτον σινώπικον, sed σίνηπι, quòd ipsum etiam ex alijs medicamentis ad pediculos facienti-  
bus declaratur.

IN CAPVT IIII.

Aut hederæ corymbi aceto cocti, & cum rosaceo triti.) in græco lege ἢ κισσὸς  
κώρυμβοι ἐφθοί ἢ ὄξει συλλεανθόντες ῥοδίω. Reliqua rectè habent: nisi quòd in capitis dolore ob  
frigiditatem, post τὰ τε σημεῖα, in græcis desunt uoces, καὶ ἢ διεραπειῖα, uelut ex sequentibus patet.

Et decoctionibus ex hyssopo & origano, & calidioribus adhuc, &c.) In  
græcis exemplaribus deest una uox ἀφελύμασι. Ita enim legendum est: καὶ τοῖς δι' ὕδατος τῶ  
καὶ



καὶ ὀργάνῳ ἀφελήμασι, καὶ τότῳ ἐπὶ θερμοτόμοις, ἔτ.

IN CAPVT VI.

Biliofo etenim humore superante, tales uigilantes phrenitici sunt.) In grecis codicibus parum integra est lectio, partim transpositis, partim deficientibus quibusdam uocibus, uelut ex capite decimo deinceps huius libri apparet. Sic ergo legendum est: καθόλου μὲν γὰρ χολώδης καὶ τακράτῳ χυμῶ, φρηνιτίζουσι εἰ τοῖς τοῖς ἀγρυπνοῦντες. τῷ δὲ αὐτῷ φλεγματώδης, κωματώδῳς καὶ ταφύρονται. οἱ δὲ παλαιότεροι τῷ γαλλῶς καὶ τοχρῶ ὄσο τοῦ πάθῳ πρὸς κρόδου. κατὰ τὴν δὲ καὶ κατὰ λυψίμ εἰ νεοί.

IN CAPVT IX.

Pulsus his magni & rari ac undosi.) Habent quidem exemplaria impressa, id quod ac undosi dixi, καὶ κλονώδεις, id est ac agitatorij. Verum ratio horum pulsuum, quam supra libro secundo Paulus tradidit, et experientia ipsa, insuper Galenus testatur, legendum esse ἑκ κωματώδης, id est ac undosi. Nam et in libello de pulsibus introductorio, et lib. 4. de puls. causis, undosum pulsuum palam lethargicis Galenus attribuit. Et alioqui procliuē fuit κλονώδεις uocem pro κωματώδεις supponere, ob scripturae uicinitatem.

κλονώδεις suppositum pro κωματώδεις

Per angustii oris uascula instillemus.) Græcè est ἀπὸ ῥαίνοντες εἰς τὴν βομβύλιω. Sunt enim βομβύλια angustii oris uasa, per quæ guttatim aliquid instillari potest. Vtitur hac uoce etiam Hippoc. libro tertio de morbis non procul à fine, μετὰ ἧ τὰ λυτρά inquit: ἑοῖνον γλυκῶ καὶ ὑδάριον πρὸ πίνειν, μὴ ψυχρὸν, ὀλίγον, ἐκ βομβυλίας ἐκ δούρουμα. hoc est ut nuper in edita Hippocratis conuersione nostra latina reddidimus, ex angustii oris pocillo. In grecis tamē exemplaribus deest uox ἐκ. Galenus in glossis Hippocratis, à sonitu quem edit dum gutte ex eo prodeunt nominatum esse dicit. cuius hæc sunt uerba: βομβύλιον ἐκ πομάτῳ σφόνδρον ἐχρῶ τὸ σῶμα, ἢ πῶμα, παρὰ τὸ βομβεῖν ὠνομασμένον. Germanis ein engsterlein appellatur, alicubi etiam à sono et uitri materia, ein klungkergleßlein.

βομβύλια

Hippoc. locus

IN CAPVT XIII.

Oportet autem uictus rationem non solum infantibus, sed etiam nutricibus ac lactantibus prospicere.) Græca lectio luxata, hoc modo restitatur: χρὴ δὲ Παιδείης μὴ μόνον αὐτῶν τῶν βρεφῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γαλαχῶν πενοεῖσθαι.

Mane uero passum euacuatum bibendum præbe.) In grecis pro κερῶσ αυτῶ, legendum est ἐράσ αυτῶ, hoc modo: ἑωθρον δὲ ἐράσ αυτῶ τὸ γλυκὺ, διδόναι πίνειν. Significat enim ἐράσαι, κενῶσαι et euacuare, et est frequens eius uerbi apud medicos grecos, itemq; reliquos scriptores usus. Sicut etiam compositorum, κατῶράσαι, ἀπῶράσαι, ἐξ ἐράσαι. Sed loci ferè sunt corrupti ex uerbi ignoratione. Galenus libro quarto simp. medic. ubi de uinis insolandis loquitur: καὶ μετὰ τῶν τακράτων τῶν ἐπιπρωῶν οἰκίμασι. Legitur tamen in hæcenus impressis codicibus, καθαιρωῶν τῶν falsò. Hippoc. libro quarto de morbis: καὶ τὴν κεφαλῶν βαρῶν τῶν, καὶ ἐξ ἐρά. ἑωθρον πρὸς πίνειν. Vbi ἐξ ἐρά pro ἐξ ἐμεί, et per uomitum ἐκκροῖ usurpat. At in Aldino ἐξ ἐρά habetur, quod in Basiliensi codice recte legitur. Plutar. in præceptis salubribus: ὄσον ἢ ἐμέτῳ πινῶντων αὐτῶν φαρμακείας, καὶ πῶν ἐργείας, μηδὲ ἐκταράτοντας, ἀλλ' ὄσον ἀπὸ πῶν ἐκφυγῶν αὐτῶν ἄφροντας ἀπράγμονως ἑπὶ πλεονάζοντα τὴν ἀπὸ ἐράσιμ. τὴν ἀπὸ ἐράσιμ euacuationē per uomitum dixit. Meminimus etiam in comment. medicis. Porro mox sequitur purgatorium medicamentum ex ueratro albo, in quo haud dubiè pondera nimia sunt, s. rerum quæ singulæ 8. drachmarum pondere recipiuntur. Ego uel scrupulos uel siliquas legendum puto, imò omnino siliquas legendas esse censeo, ut sit totum medicamenti pondus duarum drachmarum, et siliquarum quatuor. Hoc enim comòde pro una uice, cum passo quod est in colocynthide, sumi potest. Et facile fieri potuit ut L. character pro K. caractere supponeretur. Non tamen mutauit lectionem uulgatam, sententiam meam de ea adscripsisse contentus.

ἐράσαι κατῶράσαι ἀπῶράσαι ἐξ ἐράσαι Galeni locus Hippoc. locus

Plutarchi locus ἀπὸ πῶν Pauli lectio ex pensa

Ex quo radiciæ pæoniæ gestabat magnam ac recentem partem, de collo suspenfam.) In grecis deest hoc loco uox μέρῳ, quæ restituta integram sententiam efficit, hoc modo, ἐξ ἑ τῆς ῥίζης τῆς γλυκυσίδης ἐφόρει, λέγει δὲ τὴν παονίαν, μέγα καὶ πρόσφατον μέρῳ ἐξ ἀετῶν μέρῳ τῆς τραχίλω.

Quum symptoma futurum est, ubi senserint partem.) Hoc est ubi percepserint ac cognouerint partem, non quæ afficitur, ea enim proprie est cerebrum, sed quæ uelut supra dixit, auram aliquam frigidam ex se ad cerebrum distribuit, siue ea manus sit, siue pes, laqueo superpositâ partem apprehendere ac adstringere oportet, atq; sic ne ad cerebrum ascendat ac perueniat prohibere. Et hanc sententiam etiam ipsa uerba græca expriment.

Et cibi

Et cibi delationem, & uehementem ad uenerem impetum, & multi uini potum.) Inter ea quæ Paulus hic ad finem capituli de morbo comitiali uitare iubet, habetur ἡ ἐκμοχλωσις. Et sanè multum de diu torfit nos, quid per ἐκμοχλωσις uocem significare uellet. Uocem autem corruptam esse non dubito. Nam siue à uerbo ἐκμοχλεύω uenit, τὴν ἐκμοχλωσις legendum est: siue ab ἐκμοχλέω, ἐκμοχλωσις scribendum fuit. Significat autem uerbum ἐκμοχλεύω, emeo, expello, excutio. Sic linea tertia præcedente, de aceto mulso Iuliano dixit, ἡ μέρθ ἐκμοχλεύω τὴν ὕλην, hoc est uelut reddidi, particulatim materiam excutiens. At hoc loco siue ἐκμοχλωσις siue ἐκμοχλωσις legamus, ambigui sumus de qua emotione siue excusione loquatur: & neq; ex præcedente Βραδυσιτέα, neq; ex sequente πολυοινία, quas item cauere iubet, satis intelligere datur, quid per ἐκμοχλεύω uocem significare, ac uitare nos uelit. Si enim ciborum uehementem expulsionem uitare nos uoluisset, largam habuisset copiam uerborum, quibus id clarius significare potuisset, nec ad ita obscuram, & alias ab ipso non usurpatam uocem deuenisset. Si uero morbi aut materiæ ipsius expulsionem, cauere nos uoluisset, καὶ τὴν ἐκμοχλωσις, aut τὴν ἐκμοχλωσις δι- xisset. Si uero corporis commotionem ac agitationem indicare uoluisset, uidetur potius dicturus fuisse, καὶ τὴν τῶ σώματι ἐκμοχλωσις, etiamsi simpliciter κίνησις, significantius dicere potuisset. Quare eò tandem coniectura progressus sum, non τὴν ἐκμοχλωσις, aut τὴν ἐκμοχλωσις legendū esse, sed τὴν ἐκμοχλωσις, à uerbo ἐκμοχλω, quod scortor & ad uenerem feror significat: quod uerbum etiamsi inusitatum sit, tamen iusta forma de se uerbale nomen ἐκμοχλωσις facit, per quod hoc loco Paulus uehementem ad uenerem impetum indicare uoluit, ut sit idem ἐκμοχλωσις quod μαχλωσύνη, id est Venus & scortatio. Atque ut hanc putem esse ueram huius loci lectionem ac sententiam, ex eo inducor, quod etiam supra à uino largiore, uenereq; multa, abstimendum esse dixit. Sed non uolo diutius ualere hanc coniecturam, quam donec rectiorem & lectionem, & sententiam fuerimus assequuti.

ἐκμοχλωσις  
ἐκμοχλωσις  
ἐκμοχλωσις

ἐκμοχλωσις

μαχλωσύνη

IN CAPVT XIII.

Aut intra sportam cancellatim textam cōclusi, in lectio ex alto suspenso, in altum attollantur.) Hoc modo conuerti uerba græca quæ sic habent: ἢ ἐωρεῖδωσεν ἢ κλι- νιδῶν, ἢ δ' ὄθεν γυργαβὸν τινός, ἢ ὕψος ἀπὸ ἡραμυδίου. Est enim γύργαβον σκδύ & πλεκτόν. In tali ergo conclusi tales, lectis ex alto suspensis seruabantur

γύργαβον

IN CAPVT XVIII.

In his igitur qui canino modo conuelluntur, maxillam in contrariam partem, per capistrum deligaturam reduces.) Græca lectio hic corrupta est, quæ & Aëtij lib. 6. cap. 30. & infra ex lib. 6. Pauli cap. 9. restituenda est hoc modo: ἡ δὲ μὲν οὖν τῶ κωνικῶς πα- μύλων, ἐπὶ δ' εἰς εἰς τὰ ἀντικέμυδία πρὸ ἀγρῶ δ' ἀ φοβίας πρὸ ἀγορδομυδίνης ἀρμόσει, ἢ ἀφάρεσις, &c. Est autem proprie φοβία, uelut græci dictionarij exponunt, πρὸ δ' ἰσομίου, καὶ πρὸ σριου, dictum ἀπὸ τῶ φοβειν Βία. Vnde etiam latinis capistrum à capiendo dictum est, & significa- tur eo tam id quod germanis ein halfter appellatur, quam quod ein maukorb. Absyrtus de pullis e- quorum, πλῆρωσσαν τὰς εὐδ' ἰ. καὶ ἡ. μύλων, τότε φοβίαν αὐ πρὸ δ' ἰσομίου τὰς. Ab huius e- quini capistrum similitudine dicta uidentur capistra, quæ Musici ori obligabant, ad spiritus impetum coer- cendum, & faciei deformitatem occultandam ac ornandam. Plutarchus in lib. πρὸ ἀγορδομυδίας, de Mar- ty: καὶ ὁ μαρτύρος ὡς εἰκε φοβία τινὶ καὶ πρὸ δ' ἰσομίου, Βία τ' ὠνεύματ' τὸ ἴαγδ' αἰορ ἐγκάθειρε, καὶ τὸ πρὸ π' α κατεκόμεσε καὶ ἀπέκρυψε τὴν ἀνωμαλίαν. Hinc igitur & φοβία deligaturam mandibulam ad contrariam partem reducentem φοβίαν appellat. At uerò paulo post, ubi conuerti. At in superciliorum aut palpebrarum resolutione, in græcis legendum est, ἡ δὲ ὄφρυων ἢ βλεφάρων, uidelicet ex Aëtio.

φοβία equorum  
Capistrum

φοβία musu  
corum

φοβία deligatu  
ra mandibule

IN CAPVT XX.

Vnde non sicca potius his fomenta, sed humida conuenire.) Græcū exem-plar Aldinum una uoce corruptum, totam sententiam hanc corruptam, imò penitus nullam exhibet. Sic enim habet, ὄθεν καὶ τὰς ξηρὰς μάλλον ὑπορίαις τὸ τοῖς, ἀλλ' ἢ τὰς ἰσχυρὰς ἀρμόσει. At hanc lectionem dum Basiliensis editio emendare studet, magis adhuc uitiatam expressit. Sic enim habet, ὄθεν καὶ τὰς ξηρὰς μάλλον ὑπορίαις τὸ τοῖς, ἀλλ' ἢ τὰς ἰσχυρὰς ἀρμόσει, hoc est: unde etiam sicca magis his fomenta, & non humida conuenire. Quæ sententia nec pro ratione spiritus ac aëris crassi ac nebulosi facit, qui insuper frigidus ualde, ac congelatus & ægrè mobilis est: nec curationi quæ sequitur respondet, ut quæ mox ab initio lanas oleo imbutas adhibere iubet, & uesticam amplam oleum calidum habentem imponere. Quamquam Aëtius lib. 6. cap. 39. non solum hoc humidum fomentum in usum præ- scribat, sed etiam sicca duo, alterum ex sale fricto, alterum ex milio, in sacculis adiungat, etiamsi hæc am- bo simul sicca sacco excepta adhiberi possint. Ad hunc itaq; fomentorum tum humidorum, tum sicco- rum

Fomentorum  
humidorum ac  
siccorum ratio

C rum

rum usum respexisse uidetur Pelops, quem Paulus hic citat, & humida magis fomenta probasse, non ta-  
men ita ut sicca penitus damnarit, his uerbis quorum sententiam ego reddidi, & hoc modo legenda esse  
sentio, iuxta eas quas attuli rationes: ὀθρὸν οὐ τὰς ψυχρὰς μᾶλλον πυρρίας τῶν τοις, ἀλλὰ τὰς ὑνί-  
χας ἀερότητι.

λιπαρὸν suppositum pro χλιαρὸν

In potu danda est aqua mulsa tepida ad dimidias decocta.) Græca exempla  
ria habet: ποτισεὺς τε ὑδρομέλιτι λιπαρὸν εἰς ἡμισὺν ἐψυθόντι, id est, In potu danda est aqua mul-  
sa pinguis. Sed ego λιπαρὸν pro χλιαρὸν suppositum esse puto, ob scripturæ uicinitatem. Neq; enim ex  
eo quod ad dimidias cocta est pinguior euadit, aut etiam ualde crassior, quod si intelligere nos uoluisse,  
non utiq; λιπαρὸν, sed παχυτόν uoce usus esset. Sed sit hoc ex coniectura. Porro quæ paulò post se-  
quitur frigide affusio, est apud Hippoc. 5. aph. 21.

IN CAPVT XXII.

ὕδωρ suppositum pro ἀνέμω

Oculis inimica

Turbatio non ex corpore, sed ab aliqua forinsecus causa contingit, uelut  
à sole, fumo, puluere, uento.) Habent exemplaria græca constanter pro uento, oleum. Neq;  
quisquam hactenus dubitauit, quin rectè legatur græcè, οἶον ἡλίω, καπνῶ, κόνιο, τῶ, ἐλαίω, hoc est,  
uelut à Sole, fumo, puluere, oleo. Verum ego ἐλαίω uocem penitus corruptam esse iudico, & suppositi-  
tiam, pro qua ἀνέμω uocis lectio recta sit restituenda. Nam quum externæ illæ causæ eiusmodi sint quibus  
quotidie occurramus, etiam inuiti, ita ut uix satis cauere possimus, ne aliquando in sole uersemur, &  
foris ambulantes puluerem, domi fumum experiamur: non debuit diuersum aliud externæ causæ genus  
quarto loco ad superiora tria adscribi, sed tale omninò quod illis simile esset. Tale autem est Ventus, qui  
& domi & foris derepente quandoq; ingruit, & oculis turbationem inducit: quæ turbatio tamen citissi-  
mè soluitur, ubi causa summouetur. At ut ne ab oleo oculi turbationem incurrant, tam facile uitare est,  
quàm ut ne etiam ab alia aliqua externa re lædantur, quarum uidelicet nullus est circa oculos usus. Et  
alioqui si ad huiusmodi particularia descendere uelimus, non oleum esset, quod uelut externa causa tur-  
bationis oculorum fugiendum esset, sed omnia acria, amara, salsa, acida, austera & acerbæ, in quibus ge-  
neribus infinitas propemodum particulares res comprehendendi, quis nescit? quas omnes ad uitandâ pro-  
positas esse oportebat. Huc accedit, quod tantum abest ut oleum turbationem oculis inducat, ut id etiam  
ad acuendum uisum oculis illini Dioscor. testetur. Quare ἀνέμω uocis lectionem pro ἐλαίω restitue-  
mus, & uentum, non oleum, externam turbationis oculorum causam esse accipiemus. Nam & alioqui  
procliuè fuit, obliteratam uocis ἀνέμω uocem, pro ἐλαίω uoce agnoscere.

μηδ' ἀκρόν suppo-  
situm pro χλιαρὸν.  
aut σποδ' ἀκρόν

Quale est collyrium Nili ex rosis, aut etiam Chiacum, & Nardinum.)  
Græca exemplaria pro aut etiam Chiacum, habent ἢ καὶ καὶ ἀκρόν, id est aut etiam Mediacum. Verū  
quum Paulus libro septimo capite decimo sexto nullum collyrium describat, quod Mediacum appellet,  
legendum censeo Chiacum, cuius secundo loco descriptionem habet, ex uino Chio appellationem habentis,  
& cuius quoq; paulò post rursus mentionē facit, sicut etiam Nardini. Videtur tamen non minus com-  
mode σποδ' ἀκρόν pro καὶ ἀκρόν legi posse, id quod in usuri iudicio positum esse uolo. Nam & Spo-  
diaci descriptionem infra lib. 7. ad inflammationes ac fluxiones oculorum habet.

Galeni græci e-  
ditio per Cor-  
narium  
πάγχεστα oculi-  
laria

Hæc est Erasistrati panchrestus ab omnimoda utilitate appellata.) Hoc li-  
quidum collyrium πάγχεστα dictum, Erasistrato adscribitur, & habetur etiam infra libro septimo  
capite decimo sexto iisdem uerbis. Habet idem quoq; Aëtius lib. 6. cap. 82. & lib. 7. cap. 92. Ex quibus lo-  
cis adductus, etiam apud Galenum libro quarto de compos. medica secundum locos, cap. septimi princi-  
pio, πάγχεστα legendum esse, in commentarijs medicis in idem opus à me scriptis probaui, & non  
πάγχεστα, uelut exemplaria græca ante nostram græci Galeni editionem habuerunt. Nominis rati-  
o clara est ex uarijs affectibus adscriptis, quibus mederi traditur. Sunt autem etiam alia ocularia me-  
dicamenta in eodem Galeni libro πάγχεστα appellata. Nouit ipsorum appellationē etiam Plinius de  
hæmatite generibus loquens lib. 36. cap. 20. principatum dat inquit, ex his Aethiopico, oculorum medi-  
camentis utilissimo, & his quæ Panchresta appellant. Est insuper & panchrestos confectio ab eodem Ga-  
leno prodita, eiusdem operis libro septimo capite quinto. Et eodem nomine Plinius stomaticam ac artæ-  
riacam confectioem lib. 3. cap. 7. habet.

Sulphuris usus

De palpebræ euerfione, ubi habetur, eruginem rasam tostam tritam adhibe: aut plumbum usum &  
lotum: aut utraq; pariter, eruginem & plumbum admoue: In græcis legitur: ἰὸν φυσὸν φώφας λέει  
πρὸς τὴν, ἢ μολιβδῶ κεκαυμένῳ, μετὰ θείω ἀπύρρῳ, καὶ πεπλημένῳ, ἢ ἀμφοτέροις ἰσοῖς  
τῶν τε ἰῶ, καὶ τῶν μολιβδῶ. In hoc itaq; loco redundant uoces μετὰ θείω ἀπύρρῳ. Nullus enim est  
hic sulphuris usus, nec plumbum ut uratur, sulphur requirit. Et Aëtius lib. 7. cap. 71. eadem medicamen-  
ta prodens, sulphuris penitus non meminit: ἰὸν inquit, πεφρυγμένον ἐπ' ὄστράκῳ λεκανῆς πρὸς αἵθρα  
καὶ ἀπύρρῳ, ἢ μολιβδῶ κεκαυμένῳ ἰὸν πρὸς ὄστράκῳ.

Pilos

**Pilos agglutinantia.** Pilos introrsum refractos glutinat, bitumen, masti-  
che, colophoniam, glutinum, cochleæ glutinositas.) In græcis codicibus uitiose legi-  
tur εἰς pro εἰσω, εἰς κομῆν, pro κόλλα. Non enim ullius plantæ coma, neq; κόμμα, id est gummi huc fa-  
cit. Sed κόλλα, id est glutinum. Indicat id aperte Aëtius qui lib. 7. cap. 68. ταυροκόλλαν pro κόλλα ha-  
bet, unâ cum reliquis medicamentis hic à Paulo proditis. Leguntur porro consequenter in græcis codici-  
bus multa collyria nominibus corruptis, sicut λευκάνιον pro λιβαυόνου: εἰλάμων pro νιλάμων: εἰ-  
δί ὕσπας pro εἰδί ὕσπας. de quibus omnibus libro septimo Paulus agit, εἰ nos quoq; libro septimo  
aliquid dicemus. Hic tamen non præteribo, sub titulo de ulceribus oculorū ad finem corrupte legi λευ-  
κῶν, pro εἰλάμων, εἰ mox etiam articulus εἰς deest. Sic ergo rectam lectionem restituens, εἰσιμυτῶν  
μὲν ὄντων τῶν εἰλάμων, σεβειανῶν τε καὶ εἰς ἄλχυνδὲ τήλειως, εἰς.

κόμμα supposita  
pro κόλλα

Collyriorum na-  
mina corrupta

Sub titulo de glaucomate εἰ suffusione, ubi conuerti, εἰ purgatione, εἰ infusis per chlysterem acro-  
ribus, græca exemplaria habent, καὶ κατέρσει καὶ κενώμασι εἰσιμυτῶν. Non esse autem legen-  
dum κενώμασι, id est euacuationibus, sed γνέμασι, id est infusis per chlysterem, Aëtius docet libro se-  
ptimo cap. 51. qui aperte habet, καὶ κλυσιῆσι εἰσιμυτῶν καὶ κατέρσει. Et alioqui quum par-  
ticulares euacuationes à Paulo proponantur, sanguinis detractio, purgatio, alui frequentior solutio, ad  
has etiam particularem per chlysterem euacuationem addere oportebat, εἰ non uniuersalis euacuationis  
mentionem particularibus immiscere. Nisi omnino κενώμα pro γνέμα dixit, quod sanè mihi uerissimi-  
le uidetur. Nam εἰ lib. 1. cap. 41. εἰ 61. ita usurpauit. Alioqui uero procliuè fuit alteram pro altera a-  
gnoscere ac supponere. Sicut etiam paulò post tres particule, pro una sunt agnitæ ac suppositæ. ubi con-  
uerti, tenentur hæc in mellis heminis octo: græcè enim habetur, εἰ δὲ ἰγ γνέματι εἰς τὴν τῆλαιαν ὀκτώ.  
Legendum autem est pro εἰ δὲ καὶ, quæ nihil huc pertinens significant, uerbum λεαίνετου.

κενώμασι suppo-  
situm pro γνέ-  
μασι

κένωμα  
ἰνύμα

IN CAPVT XXIII.

**Ad fortiores uero obturationes, fel caprinum cum porri succo instilla.)**  
In græcis habetur, πῆξ ἢ τὰς ἰχθυοτόπας ἐμψύξεις, εἰς. Verum pro ἐμψύξεις legendum esse ἐμ-  
φράξεις, ipsa rei tractatio docet, εἰ ex Galeno ac Aëtio colligi potest. Multa alia hoc loco per totum ca-  
pit non magni momenti præterimus, quæ ex ipsa translatione nostra studiosi cognoscent, εἰ in græcis  
emendabunt. Sicut ubi in græcis est, εἰ δὲ συχρῶς πυριδῶν τε ἢ εἰς κωνίαν ἐλαίω, ἢ πνι τῶν δερ-  
μῶν πυριδῶν, legendum esse μύρων, pro πυριδῶν, satis indicat quòd sequitur γνέματι τῶν τῶν, quòd  
ad unguentum pertinet, εἰ ad πυριδῶν referri non potest, quum πυριδῶν scemininum sit.

ἐμψύξεις suppo-  
situm pro ἐμ-  
φράξεις

πυριδῶν suppo-  
situm pro μύρων

**Ad dolores maximos, & pus, & auditus grauitatem. Amygdalas depur-  
gatas XX.)** In græcis legitur ἀμύγδαλα λευκασμένα καὶ ἀφρονίτρις ἄ. γ. Vitio-  
sam autem esse hanc lectionem, εἰ non amygdalarum εἰ ἀφρονίτρι, utriusq; drach. III. accipiendas es-  
se, indicio est id, quòd non adiectum est ἀνὰ ante pondus ἄ. γ. pro εἰ igitur coniunctione legenda est  
numeri nota κ. ut uiginti amygdalas accipiamus. Habet idem medicamentum Aëtius lib. 6. cap. 82. ad  
uerbum, nisi quòd ob scripturæ uicinitatem ἦ. pro κ. legitur. Quòd uero mox sequitur in Paulo medi-  
camentum, recrementum ferri cum aceto sub caniculæ astu tritum, in græcis corrupte habetur, ἢ σκω-  
εἰα τῶν σιδῆρος λευθεῖα ὑπὸ χόνος. pro ὑπὸ χόνος itaq; legendum est ὑπὸ κωδὸς κώματι, ex  
Aëtio lib. ac capite iam dictis.

κό suppositum  
pro κ

**Aliud ad sordes. Nasturtium, & nitri parum.)** Græca exemplaria habent καρ-  
δάμμον καὶ νίτρον βραχύν. Sed legendum esse κάρδαμου, ex Gale. lib. 3. καὶ τόπος patet, qui in  
huius medicamenti descriptione habet, καρδάμω καὶ νίτρον βραχύν. Item ex Aëtij lib. 6. cap.  
79. qui habet, καρδάμω πῆξιματι εἰς ὄσμυ δὲ ἀρκεί, καὶ νίτρον βραχύν. Mox porro sequitur, An-  
dronis pastillum, εἰ Neren, εἰ Muse inscriptum. Sed in Græcis τῶν ἠρω σαλσῶ legitur pro τῶν ἠρω.  
Nere autem dictus pastillus habetur lib. 7. cap. 16.

κάρδαμμον  
suppositum pro  
κάρδαμου

Nere pastillus

**Ad aurium cōtusionem. Hippocrates monet ut nihil ipsis adhibeamus.)**  
Hoc facit Hippocrates in libro de articulis, ubi de aure fracta agit. At in medicamento quòd ad contu-  
sas aures mox sequitur, bulbi aphricani recte leguntur, εἰ in græcis βολεῶν ἀφρωῶν recte habetur pro  
βολεῶν ἀφρικανῶν, id est pro his qui ex Aphrica afferuntur, uelut Dioscor. testatur, βολεῶς ἀφρῶ  
εἰς κομιζομένου, inquit libro secundo.

bulbi Aphricani

IN CAPVT XXIII.

**Sternutatoria. Veratrum album, castorium, piper, herba lanaria, cycla-  
minus, euphorbium, nitrum, cuminum, herba sternutatoria uocata, singula  
per se, aut simul omnia.)** Græca exemplaria hic immixta esse uidentur. Sic enim habent: πῆρ-  
μικὰ. ἐμῆβορ εἰς λευκῶν, ἢ καστῶν, ἢ πῆρ. ἢ σπῆριον, ἢ οὐδὲ πάντα. Nam nec omnia recen-  
sentur quæ sternutationes mouent: nec hoc ἢ οὐδὲ πάντα, habet ad quòd referatur. Proinde unam in-

sternutatoria

tegram lineam ex Paulo intercidisse ac perijisse arbitror, quam ex Aëtio restituendam cenſeo, quum uterque ſua ex Oribaſtio ſumpſiſſe uideatur, & Paulus etiam palam fateatur. Sic ergo lego, *παραμικα, ελλεβορα, λυχνος, κασσιου, πεπερι, σπυθιου, κικλάμιν, δύφορειου, νιτρον, κυμινου, η παραμικη ποα, εκασου ιδια, η ομα των τα.* Ex Aëtij libro ſexto capite 97. Porro paulò ante hunc locum habetur etiam in græcis *ιδυχνος μελαγμαα falso*, pro recto *ιδυχνος μαγμαα*. Ita enim à Galieno, & Aëtio, & omnibus medicis græcis appellatur, & deſcribitur infra libro ſeptimo cap. undecimo, circa Theriaces preparationem.

Hedychrorum magna μαλαγμαα suppositum pro μάγμαα

λυχνος supposita pro λυχνος μαχίμ

Lychnitis

Lysimachium

Marcellus medicus latinus

Aut *lysimachium* appellatam in naſum indito.) Græca exemplaria hic habent, *η τλω καλσμάλω λυχνι δ' α γυθες τωδ' μυκτηρη.* Ego uero quum nullam Lychnidis ſpeciem ſanguinis ſiſtendi uim habere compererim, ſæpe heſitavi de corrupta lectione: & aliquandiu *λυχνιτι δ' α λεα* legendum eſſe ſuſpicatus ſum. Eſt autem Lychnitis phlomidis ſiue uerbafci ſpecies, quæ etiam Thryallis uocatur. Sed nec de hac aperte tradit ullus medicus græcus, quòd ſanguinis è naribus eruptionem ſiſtat, niſi quis ex eo quod Paulus infra libro ſeptimo de uerbafci generibus ſcribit, quòd acerba ſunt, & fluidis affectionibus conueniunt, etiam in hunc uſum aſſerere ac aſſumere uelit. Tandem uero in eam ſententiam adductus ſum, ut *λυσιμάχου* legendum eſſe credam, quod & conuerti, & pro lychnide repoſui. Nam & inſigniter adſtringit Lysimachium, uulneraq; glutinat, & ſanguinem ſiſtit, & ad ſanguinis è naribus eruptionem, herba ipſa naribus indita, ita ut ipſas obturet, conuenit. Ita enim de ipſa Dioſcorides ait: *καταπεως τας εκ μυκτηρηων αμορραγίας εμφρασομενη η ποα αρεμοζς.* Atque hoc eſt quod etiam hoc loco Paulus dicit. Sed & Marcellus medicus latinus, quem ex officina Frobeniana ſuperioribus annis edidimus, Lysimachium ad ſanguinem è naribus erumpentem, utilem eſſe ſcribit, haud dubie ex græco quopiam autore. Polygonum, inquit capite decimo, inferi naribus prodeſt. Similiter ſcribit & *lysimachios* herba impoſita.

IN CAPVT XXV.

πιπερος suppositum pro πικλόνος

δρυμνός Lomentum

In hoc capite medicamenta mirifice ſunt corrupta, & quamuis ex translatione noſtra græcorum exemplarium lectio genuina agnoſci ac reſtitui poſſit, tamen de quibuſdam obſcurioribus etiam fidem noſtram ſtudioſis approbare uolumus. In primo itaq; medicamento, ſpumæ argenti lotæ drach. V III. habentur, hoc eſt *λιθαργυρος περιπυμνός L. η*. Sed exemplaria græca habent *λιθαργυρος περιπερος L. η*. Hic error quum deprehenſu facilis ſit, quum & piper huc inutile ſit, & ſi *πεπερος* uox legi deberet, *αν ε L. η*. ſcribi oportuerit, tamen nemo haſtenus animaduertit. In ſecundo medicamento, Iris, ptifana, faba freſca, ſingulorum ſeſquifextarium conuerti. Sed græci codices falſo habent, *ιριως η πτιοςάνης ερεγμος ανι ε. ας*. Quòd autem *ερεγμος* non ad ptifanam pertineat, ſed tria diſtincta medicamenta accipienda ſint, iris, ptifana, faba freſca, ex Aëtij libro octaſto capite quinto cognoſcimus, qui idem medicamentum his uerbis habet: *ιριως λειας, πτιοςάνης αλεύρος, κυμινός αλεύρος*. Ex quo etiam id intelligimus, *ερεγμος* aliquando pro faba freſca, & in craſſiores partes comminuta accipi, aliquando etiam pro farina fabarum, quam etiam Lomentum appellamus. Tertium medicamentum penitus corruptum eſt. Nam & *ερεγμος* non habet, & pondus uitiatum eſt, & medicamenta ad pondus non recte diſtincta ſunt, & amygdalarum numerus in pondus mutatus eſt. Sic ergo recta lectio reſtituatur: *πτιοςάνης, ορόβος, λιβάνος, ερεγμός, ιλλυρίδ' & αφρονίτρος, κόσος, ανι α χρινικ & τέτρτορ, αμύγδαλα πικρά κ*. Aëtius loco iam citato idem medicamentum paulò clarius habet, hoc modo: *πτιοςάνης, αλεύρος, κυμινός αλεύρος, ορόβινος αλεύρος, λιβάνος, ιριως κεκομμενης, αφρονίτρον, κόσος, ειράσου χρινικ & τέτρτορ, αμύγδαλα πικρά κ*. Reliqua ex translatione noſtra emendato.

IN CAPVT XXVI.

απμορροσος suppositum pro πικλόνος

Aliud. Nucis uiridis corticem terito.) Hoc medicamentum cum proxime ſequenti, habetur in Aldina editione capite præcedenti: in poſteriore uero editione Baſilienſi, relatum eſt in hoc caput, ad dentium affectiones. Et utrunq; mihi uidetur eſſe ſuppoſititium, & non Pauli genuinum. Habent enim uerba à Paulo aliàs non uſurpata. In primo legitur *σμύρνως αλίου*. in Aldino, in altero *σμύρναν αλίου*. Ego *σμύρναν μινναυ* lego, de qua multa in comment. medicis dixi.

Remittente uero inflammatione aut decreſcente.) Græca exemplaria habent, *ενιδιδοςος δε φλεγμαονης η ακμαζοςος*. Hoc eſt, Remittente inflammatione, aut in uigore conſiſtente. Verum & res ipſa, & uerba que ſequentur, ſatis oſtendunt legendum eſſe *πτακμαζοςος*, id eſt declinante ſiue decreſcente. Atque ita etiam habet, iſdem planè uerbis etiam ſequentia, Aëtius libro 2. cap. 45. in mea translatione.

Ceterum poſt irritationes ex his factas, gargariffandum eſt glycyrrhize decoctum, aut gargariffimus dandus qui paratur ex uino ſcybelite, & croco, & ma

& mastiche chia, &c.) In græcis codicibus legitur ὑπὸ κράσθαι χίαις, id est & croco, & chia. Itaq; terram chiam accipiendi, hinc quibusdam occasio data est, non animaduertentibus χίαις simpliciter, mastichen appellari. Hoc autem declarat Aëtius libro octauo capite quadragesimonono, qui eadem que Paulus his uerbis tradit: μετὰ τῶν ἐκ τῶν ποιδύων φαρμάκων γιγνομένου ἐρεθισμοῦ, πρῶτον ἀφεψήματα γλυκυρρῖζης, καὶ τῶν σκυβελίτου, καὶ μασιχῆς χίαις, καὶ σμύρνης, καὶ κράσθαι ἀναγαγαίσιμα.

chia simpliciter appellatur mastiche

Porro filum lanæ purpura marina infectæ, &c.) De hoc filo multa in comment. medicis retuli. Habet id Galenus libro sexto simp. medicament. in glycyfide siue peonia. Habet & Plin. lib. 30. cap. 5. de strumis loquens: Aliqui uero inquit, circumligant eas lino, quo præligata infra caput uipera pependerit donec exanimaretur.

Filum quod uiperam strangulauit

Commodæ uero ualde sunt etiam collutiones, rosarum siccarum aut uiridium decoctum frigidum, aut pampinorum uitis, aut foliorum lentisci, aut rubi, aut malorum cydoniorum, aut rhois, aut uinaceorū, aut lentium.) Horum uerborum lectio male distincta est & corrupta in græcis codicibus. & ῥόδων uox bis habetur, altera uice pro ῥόος uoce supposita. Sic ergo legendum est ex Aëtio, & capite sequenti: χρῆσιμα δὲ σφόδρα εἰς καὶ διακλύσιμα ταῖς ῥόδων ξηρῶν ἢ χλωρῶν ἀφεψήματα ψυχρῶν, ἢ ἐλικῶν ἢ κριπῶν, ἢ ῥόος, ἢ γιγέρτων, ἢ φρακῶν.

ῥόδων pro ῥόος suppositum

IN CAPVT XXVII.

Ex his uero qui strangulantur, manus non admouebimus his quibus iam spuma circa os est, Hippocrati credentes.) Locus hic est apud Hippocratem 2. aphor. 4. ubi exemplaria Græca Hippocratis & Galeni constanter habent, τῶν ἀπαγχονίων καὶ κατελυμένων, μήπω δὲ τελευτήτων, ἃ καὶ ἀφαιρουσιν οἷς ἀνὰ φρένας ἢ πρὸς τὸ σῶμα. Et conuertit uetus interpres, strangulorum & dissolutorum, nondum mortuorum, non referunt quibuscunq; spuma fuerit circa os. Et post hunc Theodorus Gaza, uelut putatur, Qui strangulantur & euertuntur citra mortem, si ore spumant, non reficiuntur. Et Leonicens, strangulati atq; dissoluti, nondum mortui, non referuntur, quibus spuma circa os fuerit. Hi omnes interpretes κατελυμένων uocem in Hippocrate legerunt ac conuerterunt: neq; suspicatus est quispiam de corrupta eius uocis lectione. At nos nuper in omnium Hippocratis operum facta per nos translatione ac editione, re ipsa diligentius expensa, in eam sententiam adducti sumus, ut non κατελυμένων, sed κατεδυσμένων legendum esse putamus, & Hippocratis aphorismum sic latine conuertimus. Ex his qui strangulantur, & submerguntur, nondum autem mortui sunt, non reconvalescunt, quibus spuma circa os fuerit. Quibus autem rationibus inductus sim, huc iam adscribendum duxi, loco ita ferente, ut interim hoc de me studiosi habeant, donec & hunc, & alios Hippoc. locos, clarius in coniecturarum libris in Hippocratem declarauero. Primum itaq; Galenus in commentarijs, super hunc aphorismum, uocis κατελυμένων nusquam meminit, neq; eam exponit, sed ἀπαγχονίων uocē ab Hippoc. usurpatam sic exponit, quasi ad solam ἐγχεύων id est laqueum pertinent. Circumiecto inquit collo laqueo, cor & pulmo opus habent, ut fuliginosam superfluitatem expirent. Quum autem hæc propter laqueum impediatur, totam ipsam pulmo uiolenter impellit, & in hoc etiam de propria humiditate aliquid simul extrudit. perniciosum igitur hoc signum est, quia uim pulmonis indicat, quam patitur dum animal strangulatur. Sic sanè Galenus spumam in his qui laqueo strangulantur exitiale signum esse dicit. At nos non solum in his qui laqueo, aut alia re laquei uicem explente, strangulantur, spumam circa os apparere scimus, sed etiam in his qui in aquis submerguntur, quocunq; casu aut modo, aut etiam naufragio id contingat, si nondum mortui, sed salua adhuc aliquo modo respiratione, de aquis extrahuntur. Quum itaq; & laqueis, & aquis suffocentur sani homines, ut spuma circa os appareat, Hippocrates de utrisq; hoc aphorismo dixisse mihi uidetur, τῶν ἀπαγχονίων, καὶ κατεδυσμένων. Deinde non putandum est Hippocratem loqui, de his qui ob morbi aut ueneni uiolentiam suffocantur, uelut hoc capite Paulus dixit, In cynanchicis quandoque suffocationem sequi, & uelut in syderatis, & comitali morbo correptis contingit. Nam hi reuocantur sæpe, etiam si spuma circa os ipsorum conspiciatur. Quod si ad hos usq; aphorismi sententia extenderet, nec Galenus id præterisset. Quare de duplici externa ui suffocationis, & per aquam, & per laqueum, siue quid laquei uicem præbens, Hippocratem loqui probabile est: quum præter has nulla terra reperiatur. Et proinde hoc loco etiam Paulus de strangulatis & naufragis coniunctim agit. Ita etiam Aëtius libro octauo capite quadragesimonono. Et uidetur sententia Hippocratis ad eos proprie pertinere, qui aut ipsi sibi ipsi uim intulerunt, ut uel in aquas se submerferint, uel colla laqueo inseruerint, qui sanè in ipso facto deprehensi uiuere coguntur: aut qui iudicio publico, aut etiam ui priuata, ad quas, aut laqueum damnati, aut detrusi, dum iam strangulantur aut submerguntur, misericordiam

Hippoc. locus

κατελυμένων pro κατεδυσμένων suppositum

Galenus locus

suffocatio ex morbis & uenenis

Strangulatio submersio

116.

reperiunt, ac uita rursus donantur: quorum tamen nullus reconualefcit, si spumam circa os habeat. Postremum si uox κατελυομῆων, de his qui ex strangulatis dissoluuntur accipienda esset, non necesse fuisse adijcere coniunctionem καὶ, quum integra sententia sine ipsa sit, hoc modo: Ἐπαρχομῶν κατελυομῶν, μήπω δὲ τεθνηκότων, id est, ex his qui dum strangulantur exoluuntur, nondum autem mortui sunt. Iam uero καὶ particula adiecta, non de uno aliquo modo, sed de duplici sermonem esse ostendit, nimirum Ἐπὶ τῶν ἐπαρχομῶν, Ἐπὶ τῶν κατελυομῶν, hoc est Ἐ de his qui strangulantur, Ἐ de his qui submerguntur. Nec hic tam aduersari nobis id debet, quod etiam Galeni seculo κατελυομῶν in Hippocratis aphorismo lectum est, quam ad stipulari ac subscribere dictionum similitudo, quum unius minutissime lineolæ ad quintam literam uocis κατελυομῶν additione, Ἐ contra in uocis κατελυομῶν quinta litera eiusdem lineolæ detractio, tota sententia in alterutram partem ambigua distrahatur, ut etiam tot doctis hactenus uiris imposuerit.

IN CAPVT XXVIII.

Cibi uero his conueniunt forbiles, & oua forbilia, & amyllum, & dulcioria liba, & sesama, & oryza, & amygdalæ, &c.) Græca exemplaria sic habent: τῶν φαῖ δὲ τοῦ τοῖς ἀρεόλουσι ἐρεοφιατῶν εἰς, καὶ τὰ ὡὰ τὰ ῥοφιατῶν, καὶ ἀμυλλῶν, καὶ ἰτρία, καὶ σίσαμα, καὶ εἰσι καὶ ἀμύγδαλα τε καὶ ὁ τοῦ κώνου καρπός, &c. Quod igitur legitur: καὶ εἰσι καὶ ἀμύγδαλα τε aperte corruptum est, quum uoces καὶ εἰσι καὶ nihil huc pertinens significant, sed suppositæ sint pro re aliqua, quæ similis sit alijs, quas hic defluxu ac grauedine laborantibus, in cibis commodas esse dicit. Hanc autem oryzam esse, tum reliquorum ciborum affinitate, tum quod moderate nutrit, Ἐ aluum sistit inducor, Ἐ fieri potuit ut καὶ εἰσι καὶ uoces pro recta oblitterata lectione καὶ ἄρῳα agnita ac expressæ sint.

Oryza facilius

IN CAPVT XXIX.

Elaterij dichalcon, hoc est oboli dimidium.) Græcè sic, ἐλατηρίῳ διχάλκῳ, ὁ ὄστιν ἡμιόβολιον. Est autem διχάλκῳ pondus areolorum duorum. Si itaque Pauli rationem de ponderibus libro septimo sine traditam ut rectam sequi uolumus, non habebimus hic integram lectionem. Sunt enim duo areoli quarta oboli pars, Ἐ non oboli dimidium. Nam obolus areolos octo complectitur. Quare iuxta hanc rationem non διχάλκῳ, sed διχάλκοι β. legendum esset, hoc est areoli quatuor, hi enim oboli dimidium faciunt. Quod si dimidij oboli pondus sequi uoluerimus, de διχάλκῳ uocis lectione nihil solliciti erimus.

Διχάλκῳ

IN CAPVT XXX.

Verum ad uirium conseruationem, frequentius potent aquam mulsam per se, & cum nucleis nucis pineæ, & cucumeris semine. Verum ad totum thoracem ac costas imponere oportet ceratum cyprinum iridem inspersam habens.) Aldinus codex hæc sic habet: πῶς δὲ φυλακῶν ἐν δισωάμεως, συχνότορον αὐτῶν ποτισεῖν τῶν μελικράτων κατὰ μόνας, καὶ μετὰ πιτυίδων καὶ σικύου. ἀπὸ τῆς δὲ κατὰ ὄλου τοῦ θώρακος καὶ τῶν πλευρῶν, κυπρίνῳ κηρωτῶν ἔχουσιν ἰριεὺς ἐμπεπασμῶν. In horum uerborum lectione primum aut deest, aut certe intelligi debet uox ἀπὸ τῆς τῶν, post uocem σικύου, ut accipiamus aquam mulsam uel per se, uel cum nucis pineæ nucleis Ἐ cucumeris semine bibendam esse. Deinde deest particula δὲ, ponenda post ἀπὸ τῆς τῶν, quæ tamen etiam abesse potest, si sequentia à præcedentibus probè distinguantur. Atque hanc lectionem ut ueram Ἐ huius loci genuinam expressimus. At exemplar Basiliense σικύου uocem non assequens, eam in σικύας transmuit, Ἐ sic totam sententiam uitiauit, cucurbitas per totum thoracem Ἐ costas imponere iubens, his uerbis: πῶς δὲ φυλακῶν ἐν δισωάμεως, συχνότορον αὐτῶν ποτισεῖν τῶν μελικράτων κατὰ μόνας, καὶ μετὰ πιτυίδων, καὶ σικύας ἀπὸ τῆς τῶν θώρακος καὶ τῶν πλευρῶν, καὶ κυπρίνῳ κηρωτῶν ἔχουσιν ἰριεὺς ἐμπεπασμῶν. Quod autem de cucurbitulis affigendis hic non loquatur, ex superioribus constat. Nam linea præcedenti sexta Ἐ octaua de ipsis mentionem fecit. Et confirmat Aëtius qui libro octauo, capite sexagesimo sexto, nostram sententiam his uerbis habet: καὶ κηρωτῶν δὲ σικύου τοῦ θώρακος καὶ τῶν πλευρῶν ἵνα πηγάσιν. Quod uero cucumeris semen modum sit peripneumonicis, itemq; pleuriticis, ex multis locis Aëtij, præsertim capite de pleuritide Ἐ tabidis colligi potest: Ἐ inde etiam, quod urinam ciendo uim incidendi ac extergendi habet.

σικύου uox supra posita pro σικύας

Cucumeris semen

IN CAPVT XXXI.

Nam frigidum uenarum ruptorium esse Hippocrates ait.) De frigidi effectibus præsertim frigide aquæ, itemq; calide multa habet Hippocrates libro quinto aphorismorum, Ἐ in libro de humidorum usu, ubi ulcera gaudere calida ex confesso, dicit, quia tergi adfecta sunt, Ἐ ideo merito

Frigidum uenarum ruptorium

merito frigidam grauiter ferre. Eadem item ratione uenas calida gaudere, eo quod in calido sunt. Sed adscribam uerba ipsius: τὰ δ' ἑλκεὰ θερμῶν ἢ δ' ἐπιτοῦ ὁμοιογενεῖας, ὅτι ἔν σκέπη εἰδίστας. εἰκότως ἀρὰ τῶν ἐπιτοῦ ἀχθεταί. εἰκότως ἀρὰ καὶ αὐταὶ αἱ φλέβες, ὅτι ἔν θερμῶν εἰσι. At partic. 5. aphor. 24. niuem, & glaciem pectori inimica esse, tusses mouere, & sanguinis eruptiones ac defluxiones inducere scribit. Quem locum exponens Galenus, ait hæc duo, niuem uidelicet & glaciem, maiora detrimenta quam frigidam aquam inducere, & quia uenarum ruptiones faciunt, ideo sæpe sanguinis eruptiones inducere: καὶ ῥήσεις, inquit, ἀγρῶν ἐγχαρμύνα πολλὰκις ἀμορῶσιν, καὶ γίνεταί. Atque hoc est quod hic Paulus dicit Hippocratem scribere: τὸ ψυχρὸν φλεβῶν ῥήσιν κτήριον εἶναι.

IN CAPVT XXXIII.

Illam enim si non fuerit expurgata aut foras, aut intus, in suppurationem, & multo prius in peripneumoniam transit.) Græca lectio paululum luxata, sic reponatur: ἐκείνη γὰρ εἰ φθῆσιν ἀνακαταρμύνηται ἐκ τὸς ἢ ἐπιτοῦ, εἰς ἐμπύημα, καὶ πολὺ πρότερον εἰς περὶ πνευμονίαν κέβησται. Hæc est enim horum morborum successio, pleuritis in peripneumoniam transit, peripneumonia in suppurationem thoracis, suppuratio in tabem. Hippocrates 5. aphorif. 8. & 15.

Pleuritidis permutatio

IN CAPVT XXXIII.

Post extremarum partium defriciones, & unctiones, & pauimenti purificationes, ac reliquum refrigeratorium ad reuocandam animam ductū, inspergenda est exudantibus corporis partibus myrtus trita, &c.) Quod dixi pauimenti purificationes, in græcis est καθελισμός τῶν ἐδάφους. Quamquam non καθελισμός, sed κατάρωσις legendum esse putem, id est pauimenti conspersiones. Sic enim Aëtius libro nono capite primo habet, Pauimentum, inquit, irroretur, ac folijs consternatur myrti, platani, ac quercus, maxime uerò uitis, atque ipsis etiam rosis. Aut igitur κατάρωσις etiam hic in Paulo legere oportet, aut per καθελισμός uocem, non alias purificationes pauimenti accipere, quam quæ per frigide irroratione, foliorumq; frigidorum resperstonem fiunt, ad animam ex inualecente syncope symptomate reuocandam. Atque hæc omnia quæ ita adhibentur, ψυχραγωγίαν appellat, ὅτι οἶον ἀνὰ γὰρ δὲ τῶν ἢ ψυχρὴν ἐκ τῶν συγκοπῆς. Quod autem conuerti, inspergenda est, in græcis habetur ἐμπλάσιον, sed falso, legendum est enim ἐμπασίον, ex eodem Aëtij loco. Historiæ porro palpitationis cordis quæ sequuntur in Paulo, sunt transcriptæ ex quinto libro Galeni de locis affectis. Sed in prima historia falso habent Pauli exemplaria ἐφλεβοζυμῆθαι, pro recto φλεβοζυμῆθαι.

καθελισμός κατάρωσις

ψυχραγωγία

ἐμπλάσιον superpositum pro ἐμπασίον

IN CAPVT XXXVII.

Si uero ulcus est in stomacho aut uentre, ab omnibus abstinendum est a cibibus cibis ac potibus & medicamentis. Utendū autē mitigatibus, uelut sorbitionibus absq; oleo, & his quæ ex amylo fiunt, & terra samia, & lemnio sigillo, & lacte ac melle paucissimo, quo citra mordacitatem perpurgent.) Hæc sententia claris uerbis in græcis exemplaribus impressis habetur, habetq; certam ac constantem rationem, cur sorbitiones absq; oleo probet: quum ex Hippocratis in libro de ulceribus doctrina, oleum & quæcunq; mollientia, oleosa ac adiposa medicamenta sunt, ulceribus non conducant, si non ualde iam ad sanitatem tendant, eo quod oleum sit ulceri aduersissimum, & ipsum sordidum ac graue olens reddat, ut Galenus libro tertio methodi dicit. Quapropter etiam Aëtius libro nono capite decimosextimo, ubi de stomacho exulcerato agit, succo ptisanæ aut alicæ uti iubet, modico ammixto melle, quo per ipsum ulcera repurgentur ac extergantur. Penitus autem silet de oleo, utpote ad presentem affectionem, ut succus illis, siue ut Paulus ait, sorbitionibus misceatur inepto. Quo magis temerarium iudicari debet, unius fortassis exemplaris præscriptum sequi, & plura cum quibus ratio ipsa cōsentit, relinquere, quod faciunt qui pro eo quod in impressis habetur, οἶον ῥοφήμασιν ἐκ τὸς ἐλαίου, legendum censent, οἶον ῥοφήμασιν ἐκ τῶν ἐλαίων: quum neq; soleant græci medici sorbitiones ullas ex oleo appellare, sed ex ptisana, alicæ, lenticula, & alijs huiusmodi, in quas si oleum addi uolunt, μετ' ἐλαίου adijciunt: sin minus, αὐτὸν ἐλαίου, aut ἐκ τὸς ἐλαίου dicunt, uelut Paulus hoc loco.

sorbitiones absq; oleo

oleum ulceribus aduersissimum

ὡς ἐκ ἐλαίου

IN CAPVT XLI.

Sæpè uerò & hic infessus successum habuit. Rubi, myrti, floris mali punici, lauri & cupressi ramulorum uiridium.) Græca lectio corrupta sic restituatur: πολλὰκις δὲ ἐπέτυχεν καὶ ῥοφῶν ἐγκάθισμα. Βάττι καὶ μυρσίνης, καὶ κυτίνης καὶ δάφνης ἢ κυτρίνης καὶ κλωνίων κλωρίων. Sed & paulo post sequitur glomeris ex staminibus usus, de quo lib. 1. cap. 58. dixi. Verum hoc loco συμμάτωρ falso habetur pro σπμάτωρ. Aëtius libro nono capite 44.

σπμάτωρ superpositum pro συμμάτωρ



eundem glomeris ex staminibus usum, his uerbis prodit: ἢ τῶς ἀπὸ τῶν γυνάκων εἰσὼν ἀγυαλίδας ἢ διὰ δαχλῦν πρὸς αὐτὰς, hoc est uelut in Aëtij translatione nostra latina conuerti, aut glomis texture gynaeciorum per successionem foucto.

IN CAPVT XLII.

At si res urgeat, etiam ex sanguinem sistentibus aliquod infundatur, uelut est cinis lanarum succidarū, aut spongiæ nouæ, pice liquida, aut sanguine bubulo, aut alumine liquido, aut stercoreis asinini succo imbutæ & uste. Horum uerborum lectio transposita in græcis est, ut sententia non solum obscuretur, sed etiam uitietur. Repones itaq; in hunc ordinem: εἰ δὲ ἐπ' αἰγῶν, καὶ ἰχθυῶν πρὸς γυναικας, οἷον τέτραν οἰστροπύου ἐριῶν, ἢ πωγγὸν καὶ βραχύντ & πῖον ὕγρον, ἢ ἀμαλ. βοείω, ἢ στυπτηρίᾳ ὕγρῃ, ἢ ἀνιδ. & χυλῶ, καὶ καυθόντ &. Nouam autem uult esse spongiam, id est καυθόν, non κερῶν, id est inanem, sicut exemplaria habent. Nouam enim spongiam ad hanc rem commodam esse, & contra ueterem inutilem Dioscorides testatur. Sequitur porro paulò post, quòd omphacitis sit cauum illud ex quo quercina glans enascitur, de qua re quid sentiam, in commentarijs medicis per longum ostendi: & libro primo emblem. 120. in Dioscoridem repetiui.

Spongia noua  
Omphacitis  
quid sit

IN CAPVT XLIII.

Mirifice uero facit, etiam si uomant, anethum coctum ac potum, post potum uero, pane in calidam aquam iniecto, statim calida frustra edenda dato. Horum uerborum sententia non ita accipienda est, uelut anethi decoctum bibi uelit, ut inde uomitus contingat. Sed ut ex eius potu uomitus sistatur, etiam si iam sterces uomant. Sic enim Aëtius lib. 9. cap. 28. aperte declarat: Potus inquit, eis conueniens est anethi decoctum. Est enim usitatum & accommodum. A potu panem in aquam feruentem conijce, eiusq; frustra calida confestim edenda præbe. Hoc enim modo seruabitur, etiam si iam instet ei suffocationis periculum. Eodem loco citat quoque Oribasij hæc uerba: Anethum, inquit Oribasius, in aqua & oleo decoquatur, atque ita bibatur. Deinde frustra panis ex aqua feruente præbeantur. Mirum in modum enim inde iuuantur, etiam si iam sterces uomant. Clara est utriusq; sententia, & alioqui aluum & uomitus sistere anethi decoctum scribit Dioscorides libro tertio.

Anethi decoctum  
si potus

IN CAPVT XLV.

Cæterum ad rhenes, atterentibus calculos & secantibus medicamentis utendum est. Inter hæc medicamenta recensentur carpesia, & saxifraga, & prionitis. Et de carpesio quidem in Commentarijs medicis diximus, & meminit eius quoq; infra libro septimo Paulus. An autem sint carpesia Arabū ac Mauritanie scriptoribus Cubebe appellata, nondum satis constat, etiam si magno consensu non indoctorum medicorum id asseratur. Saxifragam autem esse græcis Σαξίφραγος latine uocis usurpatione appellatam, non est dubium. Sed Galenus libro quinto ὕγρῶν, cestrum apud Celtas nasci dicit, & ab ipsis appellari hanc herbam Σαξίφραγος. Quod etiam Galenus sequutus Aëtius libro quarto capite trigesimo prodit. Paulus uero & de cestro seorsum libro septimo tradit, & postea rursus de saxifraga, quam saxifragam uocat, ab illa cestro dicta diuersa, ita tamen ut utranque urinam ciere, & calculos atterere scribat. Et est utraque illa saxifraga officinis hodie satis cognita. At prionitis quæ herba sit me nescire libenter confiteor, quum nullum alium græcum scriptorem reperiam, qui eius mentionem faciat. Proinde etiam si eius uocis lectionem habeam suspectam, tamē eam ex autore delere, & aliam substituere piaculum duxi, maximè quum exemplaria omnia in ea consentiant, & autor operis pandectarum medicarum prionitidis uocis lectionem agnoscat, uelut suo tempore ante ducentos ac triginta & amplius annos in Paulo pro genuina habitam ac receptam. Sed tamen & hic quid sit prionitis, neque nouit, neque docet, hæc uerba solum in opus suum, etiam nusquam aliis satis purum ac integrum, referre contentus. Prionitis, inquit, est medicina ad lapidem, Paulus. Quamquam autem prionitidis uocem ut suppositam, habeam uelut dixi suspectam, tamen ipsam nec remouere, nec ut ignotam damnare in presens uolo, sed pro qua suppositam esse putem indicare. Et sit etiam hæc coniectura, non assertio nostra. Bryonia utraque quæ & uitis alba ac nigra appellatur, uim habere ciendi urinam ac menses, & proinde etiam atterendi lapides, ab omnibus græcis medicis proditur, & Aëtius libro undecimo capite quinto, ubi urinam multam ducentia recenset, inter ipsa etiam radicis bryoniæ decoctum refert. Et mox ubi ea quæ excitant facultates ad excretionem irritando proponit, inter ea asparagos uitis albae habet. Et paulò post, deducunt inquit, ad rhenes ea quæ calculos confringunt, peucedani radix, bryonia, apium, radícula. Ex his itaq; locis coniecto, fieri potuisse ut Βρυονία etiam hoc loco in Paulo scripta, ex oblitteratis characteribus πρῶνιτις sit facta, nisi fortassis eadem bryonia ac prionitis appellatur.

Carpesium  
Cubebe  
Saxifraga  
Cestrum

Prionitis

Pandectarum  
medicæ

Prionitis pro  
bryonia supra  
posita  
Bryonia utraq;

Compos

Compositæ potiones sunt.) In prima harum potionū mensura immixta legitur in grecis, habetur enim δ'δ'σ κοχλεαζα β'. legendum autem est haud dubie κνα β. Ita etiam in sequenti inspersilis medicamenti portione, quod κεντ' πρεσον, & non κεντ' πλεσον legi debet, falso legitur δ'δ'σ κοχλ' ε. μετ' οιν' κεκραμμυδ'σ κοχλ' ε. β'. Neq; enim medicamenti illius, quod in uinū aqua dilutum inspergi debet, cochlearij mensura bibi posset, si duobus cochlearijs uini diluti inspergeretur. Itaque etiam hic μετ' οιν' κεκραμμυδ'σ κνα β. legendum est, uelut utroque loco conuerti. Porro posca nephritica, quæ paulō post sequitur, & φουσκα Paulo, & Aëtio ac reliquis medicis grecis latine uocis usurpatione appellatur, habetur infra libro septimo capite undecimo, à Paulo descripta, non enim simplex posca est, hoc est acetum aqua temperatum, sed puluillus aridus qui cum posca sumitur ac bibitur, atque inde appellationem habet. Quod uero sequitur medicamentum ex auicula siue passere troglodyte, longè fustius habetur apud Aëtium libro undecimo capite undecimo. Licetq; ex utrisque colligere, non esse aliam quam quæ Germanis zaunschlipfing appellatur, ex eo quod circa sepes uersatur, aut etiam eam quæ Emmerling uocatur. Nam hoc genus per hyemem ubique apparet, uelut Aëtius dicit. Et Aëtius quidem exhibere semel omnem unius usti per se cinerem iubet, aut modico folio & pipere ammixto, quo saporis iucunditate ori commendetur. Paulus uero insuper addit liquorem uini mulsi, ut cum ipso bibi possit, δ'ι' κεραμειτ' & inquit πινομυδ'σ. Legitur tamen in grecis corruptè δ'ι' κεραμειτ' &. Est autem κεραμειτ' nihil aliud quam οινόμειτ' : siquidem κερατου uinū meracum appellant. Vinum autem mulsum nephriticis commodum esse, in præcedentibus dixit, ubi etiā lapidem Indicum, & sanguinem hircinum, & cicadas, ex uino mulso exhibet.

κοχλ' ε. suppositū pro κνα β.  
κε'άπλεσον suppositum pro κεντ' πλεσον

Posca nephritica  
φουσκα

Passer troglodytes

κερατ' μειτ'  
ακρατου

De permingentibus stratum.) Græcè est ποδι ενδρουωτων. Dicuntur autem ενδρουωτες quasi εν τη κλινη, aut εν τοις σρωμασι ενδρουωτες, id est lectos & strata permingentes, quæ affectio pueris maximè contingere solet, uelut etiam Paulus testatur. Et Diogenes Cynicus de se ipso confitebatur, ut Laërtius refert. Nam quum quidam ipsi exprobrasset, quod aliquando falsam monentam signasset, Diogenes per adolescentiæ prætextum crimen excusans, κεντ' γαρ ενδρουω κεντ' τοτε, & κεντ' ενδρουω, inquit, hoc est, tunc sanè etiam stratum permingebam, sed nunc non item. Sed in græcò Laërtio διε'ηου, pro κεντ' τοτε, falso legitur, quæ res fecit ut docti uiri multi sententiam non intellexerint, & ενδρουω διε'ηου, lotium celerius reddebam uerterint : quæ sententia Diogenis ingenium non refert. Ad hanc autem affectionem, naturalia auxilia Paulus refert, id est quæ ex occulta quadam nature proprietate conducunt, non ex qualitate aliqua temperamenti. Inter ea uero habetur, leporis testem derafum in uinum exhibendum esse in potu, legitur enim in Græco, λαγωου ορχιμ' υδι ενδρουω εν οινου. Sed Galenus libro nono κεντ' τοτους sine, λαγωου ορχις υδι ενδρουω οινου habet, id est, leporis testiculus in uino seruefactus. Et uidetur utraque lectio stare posse, siue quis in uino seruefactum, siue in uinum derafum leporis testem accipere uelit. Aëtius tamen item ut Paulus, υδι ενδρουω habet.

ενδρουωτες

Diogenis didū

Laertij locus

Naturalia auxilia

IN CAPVT XLVI.

Intybum autem Troximum appellatum.) Intyba appellari Græcis τροξιμα, in commentarijs medicis clarè ostendi, nec sunt diuersa genera his uocibus indicata. Recte itaq; legitur in Aldino codice, το εντυβου δε το τροξιμου, scilicet κεντ' οινου, id est appellatum. Male in Baslinsens, κεντ' το εντυβου δε κεντ' το τροξιμου, Paulō post hunc locum sequitur, cibum uero ptisanæ siccum, aut alicam cum hydrososato accipiant. Est autem υδροσοσату, nō aqua rosata, qualis hodie in usu est, ab Arabibus siue Mauritanis longè post Pauli ætatem introducta, sed compositio ex rosis, aqua, & melle constans, inter iucundas potiones à Paulo relata lib. 7. cap. 15. cum hoc hydrososato hic alicam accipere iubet, sicut præcedente capite, ubi de diabete agebat, cum rosato. Mihi tamen & illic rosatum, nihil aliud quam hydrososatum significare uidetur, & fortassis eadem compositio tum ενδρουω tum υδροσοσату appellatur: aut certe isthic κεντ' κεντ' ενδρουω, falso pro υδροσοσату legitur.

τροξιμα

υδροσοσату

ενδρουω

Et medicamentum ex Cacano, ad crassorum ac uiscosorum humorū ob-  
turationes.) Medicamentum hoc ex cacano describit Paulus libro septimo capite undecimo. Sed quid sit cacanium, non satis constat: sic ut neq; an cacanium, aut bacanium recte scribatur, certum est, quū utrunq; reperiatur. Et in Paulo quidem hoc loco, & iam commemorato βακων'σ legitur. Sed idem in simplicium ex ordine literarum descriptione aperte κεντ'σ habet, ut etiam alijs locis cacani legendū esse uideatur, & alioqui procliuè fuit β' literam pro κ' agnoscere, & uicissim hanc pro illa. Aëtius quoq; lib. 3. cap. 147. Βακωνου habet. Sed lib. 10. cap. 2. κεντ'σ uox bis in scriptis manu exemplaribus habetur. Autor pandectarum medicarum bacanium raphanum exponit. Hermolaus in corollarijs in Dioscoridem, ubi de raphano agit, dicit se in quodam glossemate reperisse, bacanium semen, siue nucleū, siue mucronem raphani esse. Sed hoc ambiguum facit Paulus, qui seorsum litera ρ. de raphano & eius semine

Bacanium  
Cacanium

semine

semine mentionem facit, & seorsum de cacaii radice sub litera κ. Proinde in summa, hæc de bacani uocis lectione, & eius expositione reprobamus. Cacani uero lectionem omnibus illis locis pro recta agnosceimus ac recipimus, ut sit radix de qua Galenus ea habet, quæ Paulus infra lib. septimo recenset: & quæ Diosc. lib. 4. cap. 106. de cacalia prodit. Nam & Paulus eodem loco cacaliam & uiribus, & usu cacauo similem esse dixit, quum tamen eandem esse oporteat: etiam si Gale. cacalie nomen non habeat, sed simpliciter cacanium appellet, nisi locus sit mendosus.

καπνός  
Fumaria

Fumariæ circa tepes nascentis.) In Aldino codice deest hic una atque altera uox. Sic enim habetur καπνός τὸ ἐν ταῖς: excidit ergo ἄσπορος γένος φουμάρης. Ita enim nasci cernitur. Basiliense exemplar καπνός τὸ ἐν ταῖς κελύβας habet. Cuius lectionis fidem apud autorem relinquo. Quamquam si de re constat, locus nascendi ignorari potest.

IN CAPVT XLVII.

καταβισμοί sup  
positum pro σι  
ταπισμοί

Mirifice ipsis prodest absinthij præpotatio, & sinapismi, & dropaces.) Hoc loco in grecos codices uox ab omni medicina aliena irrepsit. Legitur enim καὶ τοῦ καταβισμοῦ καὶ σιταπισμοῦ. Quid autem faciant καὶ καταβισμοῦ ad mali corporis habitus emendationem, qui erant lusus in conuiujs huiusmodi: Qui biberat, id quod in poculo restaret, in peluim quandam ad hoc dispositam mittebat, & ex sonitus magnitudine, de amore pueri uel puellæ alicuius erga se diuinabat? Proinde coniectura ad rem dropaci affinem progressi, uocem σιταπισμοῦ pro καὶ καταβισμοῦ legendam ac reponendam esse arbitramur, quum & facilis fuerit ab altera uoce ad alteram aberratio, in obliterata scriptura: & ea sit confinitas inter dropaces & sinapismos, ut eodem capite Paulus de his agat lib. 7. capite 19. Et Aëtius lib. 10. cap. 19. dropaces nominare contentus, de sinapismis penitus tacuit. Habet enim eadem uerba quæ etiam hic Paulus, sola καὶ καταβισμοῦ uoce excepta.

IN CAPVT XLVIII.

σμύρνη supposita  
pro σμύρνη

Multæ uero mixturæ hoc est.) Inter hæc medicamenta simplicia habetur uox σμύρνης falso supposita pro σμύρνης. Non enim myrrha, sed smyrnium huc facit, uelut Dioscor. Paulus & Aëtius testantur, itemq; Galenus ipse. Sed & paulo post quod conuersti, Aut foliorū chameleæ, & squamæ æris, & anisi, singulorū pares partes dato ex aqua: in grecis corrupte legitur, ἢ χαμελαίας φύλλων καὶ χαλκῶς κ. ε. ἀνίσσ τὸ ἰόν. Legendum autem est, ἢ χαμελαίας φύλλων καὶ χαλκῶς λιπίδων καὶ ἀνίσσ τὸ ἰόν. Neq; enim æs ustum, sed æris squama uim ducendi aquam habet, uelut etiã linea precedente eius mentionem facit. Et sicut isthic micis panis excipit, ita hic anisum addit, quo minus quis usum ipsius auerteretur. Nec longè postea ubi folij malabathri pilulas duas uerti, rursus græca exemplaria corrupta sunt: habent enim φύλλων L. α. μαλαβάτρων σφαίρια, β. Legendum autē est sic, φύλλων μαλαβάτρων σφαίρια. β. Nihil enim significat φύλλων per se aliud, quàm malabathri folium. proinde & φύλλων uocem per se, & μαλαβάτρων uocem per se, & ambas uoces cōiunctim, φύλλων μαλαβάτρων, græci medici pro eadem re usurpare solent: σφαίρια autem, id est pilulas dixit, eo quod folium in pilam & globum sit conuolutum, uelut in Emblematis in Dioscor. amplius exposuimus.

μαλαβάτρων  
σφαίρια  
Folij malabathri  
pilulæ

IN CAPVT XLIX.

σάουρον uox pro  
adipe Taurino

Vtere malagmatis primum simplicioribus, quale est hoc. Ceræ sesquialteram, adipis taurini lib. 1.) Hoc loco id quod adipis taurini lib. 1. conuersti, in grecis simpliciter habetur, τωρίων λι. α. Nam aut intelligenda est uox σάουρον, aut fortassis etiam excidit reponenda. At hæc non considerantibus, nec taurini adipis uim mollioriam hic requisitam animaduertentibus, uisum est καὶ τωρίων pro uoce τωρίων substituere, manifesto errore. Sunt & alia in grecis corrupta hoc capite habentur, quæ si quis corrigere uolet, ex ipsa nostra translatione, eius rei faciendæ copiam habet.

IN CAPVT L.

Passum chrysat  
ticum  
Picra arida  
Picra ex aceto  
mulso

Fit etiam Icterus ob intemperiem calidam solidorum corporum, dum in bilem mutantur ea quæ alimenti ratione ad ipsa deferuntur.) Græca lectio hic corrupta est, nec opus est exemplaria in manifestario adeo delicto requirere, aut ad probandum citare. deest autem articulus τῆς, & pro φερόμενον legendum est φερόμενον. In hunc modum: γίνονται δὲ ἰκτέρων καὶ δὲ δισκρασίαν διερωτῶν τῶν σφαιρῶν σώματων, εἰς χολῶν μεταβαλλόντων τῶν λόγων τροφῆς αὐτῶν φερόμενον. Potest tamen etiam sic legi: εἰς χολῶν μεταβαλλόντων τῶν λόγων τροφῆς αὐτῶν φερόμενον. Sed alteram ego malim lectionem. Non longè postea habetur passum chrysatiticum à loco ut arbitror appellatum. Meminit eius etiam Aëtius libro undecimo capite decimotertio. paulo post habetur, Recte etiam picra datur & arida, & ex aceto mulso constans: quod in grecis legitur: ἢ τε ξηρὰ καὶ ἢ δὲ ἄφυμέλιτος. Vtriusque autem descriptio extat lib. 7. cap. 11.

IN CAPVT LI.

Aluminis scissi drach. v. fecis uini rhodij drach. x. gallarū omphacinarū drach.

drach. II. uino diluta & ad mellis spissitudinem redacta impone.) Hoc medica-  
 mentum corrupte legitur in grecis codicibus hoc modo, *συνημελας χιςης* L. ε. *τρυγος οινος* L.  
 η. *ροδιου* L. ι. *κικιδωρ ομφακινωρ* L. β. *οινω δισκς και μελιτ* & *ποινας παχ* & *επι-*  
*ερεχε*. Sunt enim expressa in grecis quatuor medicamenta, alumen scissum, fex uini, rosaceum, galle.  
 Quod autem tria saltem legi debeant, quæ uino diluta mellis crassitudine illinantur uel imponantur, &  
 ratio ipsa dicat, quæ omnem pinguedinem respuit, & alioqui rosacei ut cum uino ad reliqua diluenda  
 adhibeatur, nullus est usus: & Aëtius libro quarto capite uigesimo sexto, idem medicamentum tradens  
 rosaceum penitus non habet, sed alumen, fecem uini austeri, & gallas, cum uino ad crassitudinem redi-  
 genda esse dicit ac illinenda. Quare neq; hoc Pauli loco rosaceu legi debet. Est autem temere à quodam  
 supposita *ροδιου* uox, qui ignorauit Rhodij uini fecem. distinxit ergo uini fecem certo pondere adie-  
 cto, & *ροδις* uocem in *ροδιου* transmouit, decem drach. pondere itidem appposito. Sic itaq; rectam  
 repones lectionem: *συνημελας χιςης* L. ε. *τρυγος οινος* *ροδις* L. ι. *κικιδωρ ομφακινωρ* L.  
 β. *οινω δισκς και μελιτ* & *ποινας παχ* & *επιπλαηε*. Apparet autem uinum Rhodium suis-  
 se austerum, ex eo quod Aëtius uini austeri prescribit fecem. Meminit fecis uini Rhodij Archigenes apud  
 Galenum libro primo capite octauo, de compos. medic. secundum locos, & ibidem non solum fex uini  
 Rhodij, sed etiam fex Rhodia appellatur. Non multum uero refert an *επιερεχε*, aut *επιπλαηε*, aut  
*επιχε* legas.

ροδιου suppositum pro ροδις

Vinum Rhodiū  
Fex uini Rhodij  
Fex Rhodia

IN CAPVT LIII.

Aliud uariiegatius, facit ad perfecta atatis homines.) In hoc medicamento ha-  
 betur, *λιθς πυριτς*, *απυρες*, *μαγνητς* & *φυσωντς*, hoc est uelut ego uerti, lapidis pyrite, sulphu-  
 ris ignem non experti, magnetis spirantis. Primum itaq; *απυρες* uox uideri possit ad pyriten lapidem  
 pertinere, ut lapidem pyriten ignem non expertum accipiamus. Sed Aëtius lib. 14. cap. 24. idem medi-  
 camentum, adhuc tamen uariiegatius recensens, seorsum lapidem pyriten habet, & interpositis alijs ali-  
 quot medicamentis, *απυρες* uocem per se habet, ut non ad pyriten pertineat, sed per se sulphur uiuū si-  
 gnificet. Deinde magnetem spirantem dixit, qui ualidam adhuc trahendi ferrum uim habet, ut *φυσων-*  
*τς* uox idem significet quod *ζωντς*, qua Aëtius aliquoties utitur. Temere igitur mutata est lectio  
 in Basiliensi editione, *κναυιζοντς* pro *φυσωντς*.

απυρες, per se

Magnes spirans  
Magnes uiuens  
μαγνητς φυσωντς

IN CAPVT LVI.

Vena igitur statim secanda est, & uictus tenuis ac sine uino constituen-  
 dus, & quotidie quidem alius mollienda est, uehementer nunquam, sed pla-  
 cide ac leniter.) Hoc loco desunt in grecis codicibus duæ uoces, quæ faciunt ut tota sententia ob-  
 scuretur, & alienum sensum exhibeat, & quæ necessario reponuntur ex Aëtij lib. 12. cap. 22. Sunt autē  
 uoces, *σπομαλακος εις τινω κοιλιαν*. Quibus repositis sic legatur: *φλεβοδμειν ουν αυτινε, και*  
*δαιταυ λεπλω τε και αοινου υδι επειν. και καδ ημεραν μεν σπομαλακος εις τινω κοι-*  
*λιαν, εχυρδς μηδ ε ποτε, ησυχη διε.* Sed & mox eodem loco legendum est, *τη κοχλαριω, ο ζω-*  
*μος*, ex eodem Aëtio, non *κοχλιαριω*, neq; *κοχλιω*, uelut quibusdam uisum fuit.

Concharum iu-  
sculum

IN CAPVT LIX.

Pastillus quoque ex uino & oleo, & qui ex lapide phrygio paratur, ualde  
 commoda sunt medicamenta, & ad rimas, & ad fordida circa coronam ul-  
 cera, & maxime quum detrahere præputium non possunt.) Hoc loco in grecis  
 pro *και το λιθοφρυγιου*, legendum est *και ο σκς λιθου φρυγις*, scilicet pastillus. Habetur autem li-  
 bro septimo capite duodecimo. *σεφονλω* uero id est coronam uocat eminentem colis partem ac circu-  
 lum illum cui præputium inducitur. Quod ubi ita inductum est, ut ulcerata corona reduci ac detrahi  
 non possit, hæc medicamenta commoda esse dicit. Intelligenda enim est *πρωδης* uox in uerbo *εχσυρδς*  
 quum dicit, *και μαλιστα οταν εχσυρδς μη δλω αυτου*. Paulò post ubi uerti, aut pastillum album,  
 aut eum qui ex loto fit, in plumbea pila tritum immittito: in grecis deest uox *λειωσ αυτας*, quam ego  
 tritum reddidi. Vult autem aliquid ex plumbi facultate pastillis accedere.

σφονλω in cole

αποσυρδς

IN CAPVT LXII.

Aut suberis ex Italico uase usti cinerem.) Hoc loco non legendum esse *φακς*, id est  
 fenticule, sed *φελδς*, id est suberis, ex quarto sequenti uersu satis admonemur. Nam sicut hic bibendum,  
 ita illic apponendum, suberis cinerem prescribit, non cuiuslibet suberis, sed eius quo Italica ceramia siue  
 uasa uinaria obturata fuerunt. Ex quo etiam pastillum infra libro septimo capite duodecimo habet: quan-  
 quam etiam isthic *σφεκλς* pro *φελδς* falso suppositum legatur. Quod autem is fuerit suberis usus, in  
 commentarijs medicis ex Plin. lib. 16. cap. 8. docui. Meminit etiam Galenus comment. 4. in sextum Epi-  
 dem. Hipp. librū, super aphor. 8. Sed & isthic *τυφλοισ ωμααδς γυτα*, pro *φελδς* habetur. Verum  
 de his

φακς suppositum pro φελδς

σφινλω suppositum pro φελδς  
Galeni locus

de his plura in comment. medicis retuli. Sed nondum tamen persuasi, ut non hic lenticulam, nescio quo si-  
 tili usam, & infra fecem uini, aliqui accipere malint, uitiatam lectionem libentius, quam sanæ admoni-  
 tionis rationem sequentes. Non longè postea habentur flores mali punici dulcis, ubi in græcis abundat  
 particula ñ: legendum est enim, κυτίνος ῥοσῆς γλυκείας, non κυτίνος ἢ ῥοσῆς γλυκείας. Non enim  
 ipsa mala, sed flos cytinus appellatus hanc uim habet. Et paulò post, ubi legitur ὄφυσ χοίνα κεφαλῶν  
 μυρσίνης, &c. uox κεφαλῶν ad oxyshænon, id est iuncum acutum pertinet, cuius capita, in quibus  
 semen, huc faciunt: & non ad myrtum. Et aliò qui morem hunc Paulus & Græci medici habent, ut primū  
 uniuersalem rei nomenclaturam faciant, & mox partem adijciant, sicut mox habetur ῥέμνος φύλλων,  
 & βῆτα ἰακκινθίωνων. Ita & hic ὄφυσ χοίνας κεφαλῶν, & non κεφαλῶν μυρσίνης. Nam huius so-  
 lia accipienda sunt, quorum nomenclatura sequitur post uocem ῥέμνος.

IN CAPVT LXVI.

Si non succedit, medicamentum aridum ex charta immittito, primum  
 cum posca, deinde cum aceto. Aut puluillum antherum, hoc est floridum  
 appellatum.) Ambo hæc medicamenta, & quod ex charta usta, quā recipit, nomen habet: & quod  
 antherum appellatur, ex floribus rosarum quas recipit, ut arbitror, habentur lib. 7. cap. 11. inter medi-  
 camenta arida ac puluillos. diuersumq; est medicamentum τὸ δὲ χάρτιον ξηρόν, à pastillo ex charta,  
 cuius descriptio est eiusdem libri cap. 12.

IN CAPVT LXVII.

Affectio igitur ipsa incurabilis est, ueluti alicubi etiam Hippocrates di-  
 xit.) Quod uteri cancri incurabiles sint, Hippocrates in aphorismis particula 6. aphor. 28. dicit, ubi  
 de occultis cancri sic ait: Quibuscunq; occulti cancri fiunt, eos non curare melius est. Si enim curantur,  
 citius moriuntur. Si uero non curentur, multum tempus perdurant. Ad hos cancos etiam si curari non  
 possint, priuatim commodare dicit hoc loco Paulus, id quod paratur ex fece in æneis uasis, in quibus a-  
 qua coquitur, subsidente. Hæc enim fex inquit, insuper assata minutissimè teritur, & cerato rosaceo ex-  
 cipitur ad emplastri compagem redacta. Quo uerò certò cognoscatur, quam rem, & quam adeò fecem  
 Paulus designet, græca etiam ipsius uerba adscribam: ἰσως δὲ συμπεφώνηται τὸ δὲ χάρτιον ὑποστά-  
 θμους ἢ ἢ τῶν χαλαρίσιν, ἢ τῆς ἐποπῆθῆς (α) λειοτριβῆται, καὶ ἀναλαμβάνεται, κρηρῶν  
 ῥοσίνης, μετρίσιν σπῆσαι ἕως ἐμπλησθῶσθῆς. Verba ipsa satis clara sunt, satisq; indicant quam rem ue-  
 lit, quam etiam putamus nos satis commodè latine reddidisse. Hanc autem fecem, etiam τῶρον, id est to-  
 sum uocat lib. 7. cap. 16. ubi in collyrio ex hydria, id est uase aquario, τῶρον τὸ τῶν θερμανθῆσιν  
 ἀγγείων ἐν τῷ ὕδατι τοῦ ὕδατος recipit, hoc est tosum qui in uasis calefactorijs reperitur. legitur tamen falso  
 δεσμοφορίσιν pro θερμανθῆσιν, id quod ex Galeno constat, qui lib. 4. de compos. medic. secundum  
 genera, inter medicamenta citra mordacitatem siccantia recenset, & tofaceum illud, quod in æneis uas-  
 sis calefactorijs concreuit. Sic enim locum conuerti in mea totius Galeni operum recens facta editione,  
 qui græce sic legitur: καὶ τὸ σωματικῶν τῶρον ἀγγείων τῶν θερμανθῆσιν ἀγγείων. Habent ta-  
 men & hic exemplaria τῶρον ἀγγείων pro τῶρον ἀγγείων. Neq; referre libet, quid uel hoc Galeni loco, uel illis  
 Pauli antea citatis, interpretes conuerterant. Reponam autem & Græcam rectam lectionem, in futura  
 per me emendata græcorum Galeni librorum editione. Quòd autem ita generari soleat tosum in æneis uas-  
 sis, dum aqua in ipsis coquitur, experientia quotidiana testatur. Et Galenus commentario primo in 6.  
 lib. ἰδίῃ δὲ ἡμιῶν Hippocratis super textum, In rhenem dolor grauis: & tertio commentario in eundem  
 librum, super textum, post mictionem concretio pueris magis, declarat eodem modo nasci in pueris to-  
 faceum lapidem, quo extrinsecus tum in aquis calidis naturalibus concretere uidetur, tum in uasis in  
 quibus aqua quotidie calefit. Idem facit etiam libro primo de alimentis, ubi de pane loto agit. Sed adscri-  
 bam ipsius uerba græca: quæ in codicibus impressis corruptè leguntur: Ἔμνη γὰρ ὡς χυμὸς πρὸς  
 λαβόντῃ τὸ γλίχρον, ὅταν αἰσθῆται ὅτις νεφερὸς διέφοδοὶ σφωτόρα εἰσι πρὸς τὰ χυμῶν  
 φύσει, χρονίζου ἀντὶ τὸ παχύνει τὸν χυμὸν, καὶ γλίχρον ἐπιμόνῃ δὲ γρυνῆσαι τῶρον, ὁ ποῖος  
 τῶν ἀγγείων, οἷς τὸ ὕδωρ δερματικῶν ἀπὸ τῆς φερεται, καὶ ὅτι τῶν τῶν λίθοις πρὸς τὴν γυνῆ  
 ἢ πρὸς τῶν ἀνδρῶν ὕδατος δερμῶν.

IN CAPVT LXVIII.

Deinde cataplasmata ex caricis, hyssopo, nitro & absinthio.) In preceden-  
 tibus capitibus aliquoties ὕδατος uox falso supposita fuit pro οἰσύπης uoce, de quo semel hic admo-  
 nendum duxi, ne hæc codicum græcorū uitiatio penitus à me prætereat, quam in latina nostra transla-  
 tione ubiq; sustulimus, quemadmodum etiam paulò post sublata est, ubi pesti ex terebinthina, galbano,  
 myrrha, iride, & œsypo habentur, hoc est οἰσύπης, non ὕδατος. At hoc loco in cataplasma non œsyo-  
 pus recipitur, sed hyssopus herba, & ὕδατος uox rectè legitur. Nam hunc hyssopi ad duricias in cata-  
 plasmatis

Medicamentum  
 ex charta  
 Pastillus ex  
 charta  
 Antherus pul-  
 uillus

Cancri occulti  
 Fex subsides in  
 æneis uasis. in  
 quibus aqua  
 coquitur

τῶν hydria-  
 rum  
 τῶν θερμαν-  
 θῆσιν  
 Tofaceum quid  
 cōcreuit in ua-  
 sis æneis  
 Galeni locus

Galeni locus

ὕδατος uox sup-  
 posita pro οἰ-  
 σύπης

plasmatis usum, etiam Dioscorides prodit, καὶ τὰ πλάσσει τὰ δὲ inquit, μετὰ σὺν κὲ νῦ νῖ τρὺ πθὲρ ἀλλω α καὶ ὕδρωπα.

IN CAPVT LXIX.

In quibusdam autē reuera in hydropem transitio fit.) Aldinum exemplar ἐπι- τείνων habet, id in posteriore editione in ὕδρι τείνων mutatum est. Sed neutra lectio recta est, uerum legendum est ἐπὶ ὑνῶν, id est in quibusdam, & referendum ad τινὲς δὲ, quod paulò ante præcessit.

ἐπιτείνων suppo- situm pro ἐπι- τείνων

IN CAPVT LXXI.

Facies pallor, facies tristis.) In græcis est βλέμμα πδελίπθου. Sed ego πδελύπνη- ρου legendum esse arbitror, id est tristis aspectus. Neq; enim uideo quid pingui aspectu accipiendū ue- niat. Deinde sequitur, & facies aliquantulum plena fit, habetur enim græcè, καὶ τὸ πρόσωπον ὑπο- πίμπραται. Suspicio autem & hic legendum esse ὑποπίμπραται, id est & facies aliquantulum ardescit. Nolui tamen mutare lectionem. At quod paulò post habetur, & murmur quoddam intestinorū præcedit: in græcis legendum est, καὶ βορβορυμὸς πθοδ' εὐεί τις τῶν ἑν τέρῳ. Aëtius enim sim- pliciter habet lib. 16. cap. 68. καὶ τὰ ἑν τέρῳ βορβορύζουσι. Verum quod legitur in impressis Pauli exemplaribus, murmur fieri significat, & progredi aliquod intestinum, quam sententiam quum & ra- tio & rei experientia neget, neq; Paulus prodidisse credi debet, ut sic scripserit, καὶ βορβορυμὸς, καὶ πθοδ' εὐεί τις τῶν ἑν τέρῳ. Est autem βορβορυμὸς strepitus quidam qui bombi speciem refert, con- tingens ubi humiditas aliqua in intestinis continetur, ut Galenus lib. 3. de sympto. causis docet. Quin & paulò post uox ὑποπαερόντων recte legitur pro pulsibus subtremiscentibus. Non longè deinceps quod conuerti, uelut collyria in anum subdita, in græcis falso legitur, οἷα τὰ κολικὰ διακτυλιῶ πθολυδ' ἐμνα. Legendum enim est pro κολικὰ uoce, uox κολλύρια. Sic enim etiam suprà cap. 42. appellauit, καὶ ὑπόθετα δὲ κολλύρια, inquit τῶν πάντων πρακτικῶν τῶν δ' ἰ. Videtur autem a- liquis lectionem mutasse, qui colicas esse eas glandulas uideret.

πδελύπνηρ

ὑποπίμπραται

βορβορυμὸς

ὑποπαερόντων

σφυμὸς collyria sub- ditia

IN CAPVT LXXIII.

Rubi tenerorum uirgultorum, & gallæ.) Hoc loco in græcis deest una uox. Legi- tur enim, καὶ βίετς τῶν ἐπαλω, καὶ κικιδ' ὄ. Legendum autem est, καὶ βίετς τῶν ἐπαλῶν ἀκρεμόνων, καὶ κικιδ' ὄ. Et mox καλῶς suppositum est pro καθῶς. Neque legendum est καλῶς ὡς, ut in posteriori exemplari emendatum est.

καλῶς suppositū pro καθῶς

In pessis uero utantur terebinthina, nitro, cucumere syluestri, elaterio; cassia, & picis fero.) Hoc loco græca exemplaria habent, πθὲρ δὲ τῶν τοῖς χηῶν τερβινθίνῃ, &c. id est ad hæc uero utantur terebinthina, &c. Nam quæ sequuntur recte habent. Sed uerba πθὲρ δὲ τῶν τοῖς corrupta sunt ex uoce una πθοδετοῖς, quæ reponi debet. Sunt enim πθοδετὰ quæ in pessos aut similes figuras efformata ad uterum subduntur. Ad hanc autem rem apta sunt medica- menta subiecta, & in nullum alium hoc loco usum. Sic uero etiam quarta linea sequenti, καὶ πῆς μα- λακκῶς πθοδετοῖς legendum est, id est mollientibus pessis subditis, & non καδετοῖς.

πθὲρ δὲ τῶν τοῖς suppositum pro πθοδετοῖς

καθετοῖς suppositum pro πθοδετοῖς

IN CAPVT LXXV.

Eminentia apparet circa exacerbationes dolorosa, cruenta ac rubicun- da. In interuallis autem rugosa, doloris exors, subliuida, ac stillans.) Hæc uerba in græco ita recte leguntur: ὑπὸ ροχλῶ φαίνεσθαι ἢ μὲν σὺν πρὸξυμὸς ἑν ἀλγῆ, δὲ αε- μῶν τε καὶ ἑνερδύθῃ. ἢ δὲ διαλείμμασι, ἑνὸς λῶ καὶ ἀναλγῆ καὶ ὑποπέλιου καὶ σραγγῶ- δ' η. Opponitur enim ἑνὸς λῶ ὑπὸ ροχλῆ ei quæ pratumida est ὑπὸ ροχλῆ: & ἀναλγῆς opponitur ἑν ἀλ γῆ, & ὑποπέλιος τῆ διαλέμω, & σραγγῶδ' ης τῆ ἑνερδύθῃ. Stillat enim guttatim σραγγῶδ' ης, quum ἑνερδύθῆς rubicunda manens nihil sanguinis effundat. Atq; hæc est genuina sententia, quam e- tiam ex Aëtio colligere licet: nec est ex uitiatis codicibus ἑν σιν uox pro ἑνὸς λῶ: nec τρυγγῶδ' ης pro σραγγῶδ' ης substituenda. Declarant hoc etiam uerba Pauli ad finem huius capituli sequentia. Sed & paulò post corruptam lectionem, & καὶ τῶς διαέρῳις καὶ ἀμορῳῳσι, &c. sic emendare oportet, & καὶ τῶς δι' ἀρῳσιῶν ἀμορῳῳσῳσῳσι, id quod sequentia declarant.

σραγγῶδ' ης

IN CAPVT LXXVII.

Relatis acopis utantur, & compositis his.) Græcè legitur πῆς τε λελεγμῶν οἷς ἀνὸ ποῖς χησέου, καὶ πῆς στωδ' ετοῖς νῖ τρῳοῖς. Videtur itaq; νῖ τρῳοῖς uox corruptè legi pro τῶς τοῖς. Sequuntur enim composita quæ adhibenda censet.

IN CAPVT LXXVIII.

Sed & ex torpedine ceratum eiusdem facultatis est in exacerbationi- bus, & oleum ex ipsa.) Huius cerati ex torpedine pisce marino, descriptio habetur infra libro septimo capite decimosextimo. Appellat autem τρῳπαίνωλω latina uoce ad græcos corrupta, quæ alio-

Torpedinis ce- ratum & oleum

D qui

qui Græcis *νύξην* uocatur. Oleum ex ipsa ibidem habetur, & est id in quod cera non additur. Hac enim addita, ceratum efficitur.

Curatio eorum qui ex mixti humoris fluxione laborant.) Græci codices falso habent, *πὸ δὲ τῆν ὑδὸν ἀμαλκῶν χυμῶν ῥομαλζομάλωυ*. Nam de his in precedentibus per longius egit, sicut etiam de his qui biliosi humoris fluxione laborant. Iam uero de mixti humoris fluxione consequenter agit, ubi uidelicet uel biliosior uel pituitosior, uel magis atrabiliarius est sanguis. Legendum igitur est, *πὸ δὲ τῆν ὑδὸν μικτῶν χυμῶν ῥομαλζομάλωυ*. Et mox, *οἱ δὲ ὑδὸν μικτῶν χυμῶν πάροντες*, id est, qui ex mixto humore affecti sunt.

IN CAPVT LXXIX.

Aliud. Amurcæ, mellis despumati, singulorū pares portiones. Hoc etiam gingiuas purgat.) Hoc medicamentum habet etiam Aëtius lib. 14. cap. 8. Sed ita ut ad amurcæ, & mel despumatum, quæ ambo duarum drachmarum pondere recipit, aluminis phorini drach. I. adijciat. Et fieri potest, ut alumen ex Paulo exciderit, aut ab Aëtio adiectum sit, ut hoc prestare possit, quod de ipso testatur, gingiuas, inquiens, purgat ac firmat. Vocem autem firmat, id est *κράτωσ*, Paulus non habet, quia nec alumen, quod id prestat. Vide lib. 4. cap. 41.

IN CAPVT LXXXI.

Nere, pastillus

Aut Musæ pastillus, aut Nere, cum aqua.) In græcis exemplaribus habetur, *ἢ ὁ μὲν σα̅ τροχίσκος, ἢ ἡρεν δὲ ὑδ' ατ*. Corrupta itaq; est uox *ἡρεν* pro *νύξην*. Quomodo etiam supra lib. 3. cap. 13. *ἡρλω* pro *νύρλω* legebatur, ubi ad duriciam sordis aurium prescribit, *ἢ τὸν αὐδ' ὁσὼν* *τροχίσκου, καὶ τὸν νύρλω, καὶ τὸν μασα̅*. Quod autem Nere appelletur trochiscus siue pastillus, qui his locis à Paulo prescribitur ex lib. 7. cap. 12. patet, ubi clare habetur, *νύξην τροχίσκος* *ἐκ τῆν ἡρε̅*, id est Nere pastillus ex libris Heræ. Recipit autem hic pastillus, myrrhæ, aloës, croci, singulorū drach. V. III. aluminis scissi drach. C. Excipiuntur hæc aqua. Nolo tamen præterire Aëtium, qui lib. 14. cap. 75. eandem pastilli huius descriptionem recensens, pastillum ipsum *ἰριδ*, id est Iridem appellat, ut in dubium ueniat, Iris ne aut Nere pastillus hic appelletur. Si itaq; Iris uera est eius appellatio, in hoc loco Pauli, *ἢ ἰριδ δὲ ὑδ' ατ* legendum erit: & supra lib. 3. *ἢ τὸν ἰριδ*: & infra lib. 7. *ἢ ἰριδ τροχίσκος* *ἐκ τ' ἡρε̅*. Si uero Nere recta appellatio est, apud Aëtium memorato loco Neren pro Iridem legemus. Res ipsa eadē est, appellatio ob scripturæ similitudinē, altera pro altera agnoscī ac substitui potuit.

Iris pastillus

Ad ulceratas autē, æruginis, spumæ argenti, singulorum drach. IIII. sarcocollæ drach. IIII. quantum satis est insperge, & superne, &c.) In græcis deest hoc loco uox *ἐπίπασσῃ*, & *καὶ*. Legendum enim est ex Aëtij loco paulo ante indicato, *πῶς δὲ τὰς ἡλκωμάλαις πύρον χιάς, ἰδ, λιθαργύρεσ ἀνὰ L. δ. Ἐρεκομάης L. δ. ἐπίπασσῃ ἐκ ἀνὸν, & ὑδ' ἰριδ*, &c. Aëtius tamen etiam *Ἐρεκομάης L. α̅*. habet, & uerisimile est ita esse legendum: alioqui enim Paulus *ἀνὰ* uocem de tribus coniunctim usurpasset.

Spissamentum decoctum

Et loco prius ex spissamentorum decocto rigato, impone.) In græcis legitur *πῶς κα̅ τοιωνῶν συμμάτων ἀφεψήματι*. Quia uero quid per *συμμάτων* uocem accipiendum esset, non satis intelligeretur, quidam *συμμεως ἀφεψήματα*, quidam *δέριμων ἀφεψήματι* legendum censuerunt, partim uetustis exemplaribus persuasi, partim coniecturis usi, & neutris nobis satis fidem faciunt: quum nulla uetustas possit errori patrocinari, & fallaces sint coniecturæ, & rerum quoq; usus ineptus. Est enim *συμμάτων* lectio recta ac genuina huius loci. Et habet idem medicamentum iisdem penitus uerbis Aëtius lib. 14. cap. 74. principio. Sunt autem *σύμματα* odoramenta, quibus in oleum iniectis ac maceratis præparabatur id, ad unguentum, quod postea alijs additis aromatis condiretur, & odore imbueretur, & unguentum ex oleo fiebat. Sic Dioscorides in Amaracino ungento *σύμματα*, id est spissamenta habet, xylobalsamum, iuncum rotundum odoratum, & calamum: aromata uero ad odorem conciliandum, *ἢ δ' ὑμματα* appellata, amaracum, costum, amomum, nardum, carpopalsamum, myrrham & cinanomum. Illorum igitur *συμμάτων*, aliorumq; similium, ab expresso oleo restantium, decoctum, Paulus & Aëtius ad pterygia prescribunt: quanquam possint illa ipsa etiam per se, non prius in oleo macerata, decoqui, & ad pterygia decoctum illud adhiberi, ut consequenter medicamentum imponatur. Memini *συμμάτων* quoq; in comment. medicorum libris, ex quibus ea quæ quis

Spissamenta

Spissamenta

Spissamenta

Galenus locus

amplius expetit, requirere potest. Meminit & Galenus libro secundo *ἰγῆν*. Sed *συμμάτων* uox falso isthic pro *συμμάτων* legitur.

# IANI CORNARIII MEDICI PHY-

SICI, DOLABELLARVM IN PAULI

lum Aeginetam, Liber IIII.

IN CAPVT I.



**Q**VAMA S aut uelut quendam corticem.) In græco legitur falso πινάκλωπιω, id est quendam uulpinam pellem. Nam λωπιου legendum est pro cortice.

ελωπι  
λεπιε

Et uarie exerceatur, partim saltu, partim & quidē amplius halteribus.) Quid sint halteres, & quale fiat per ipsos exercitiū, & quomodo differant ab aliteribus (alij enim sunt αλτηρες, alij αλκτηρες) in commentarijs medicis per longum, & multis autorum locis adductis dixi-

αλτηρες  
αλκτηρες

mus: & superuacancum fuerit eadem tam sepe ubiq; ingerere. De folle etiam egimus libro 1. Paulū ante hunc locum habetur. Aut scillæ assatæ drach. V. in aqua mulsæ, aut in melle ad elegmatis modum. In græco exemplari Aldino legitur, σκίλλης ποδι L. ε. Nec dubium cuiquam esse potest, uocē ποδι corrupte hoc loco legi. Itaq; in Basiliensi editione pro ποδι substitutum est πωλυμυδης, quasi scillæ lotæ drach. V. dare oporteat. Sed facile est hic falsam uocem redarguere, quum non soleat lauari, ita ut metallica, ipsa scilla. Sed & assatur, & coquitur, uelut Dioscor. lib. 2. docet. Proinde ego οπηης uocem pro ποδι legendam censeo, & scillam assatam accipiendam. Posit tamen nō minus recte πωλεματ & uox, pro ποδι legi, nisi pondus quinq; drachmarum nimium uideretur. Aëtius enim lib. 13. cap. 122. Elephantis scillæ semen trium obolorum pondere in cyatho mellis semicocti delingendum dare iubet.

scilla assata

πωλι suppositū  
pro οπηης aut  
σπηματ

Et id quod ad uutiliginēs descriptū est, ex alcyonio, nitro, sulphure, myrti folijs, & fici syluestris folijs arctis.) Hoc medicamentum habetur infra hoc libro quarto cap. 6. Ex quo loco patet hic non σμύρνης, sed μυρσίνης legendum esse. Sed & Aëtius lib. 13. cap. 123. μυρσίνης φύλλωυ clarè habet. Quod uero nō longè post sequitur, chamaeleonis nigri radice trientem, in Aldino corruptè legitur, χαμαιλεοντ & μ. ριζης το. δ. Nec recte in Basiliensi codice χαμαιλεοντ & μετε ριζης. Sed legendum est ex Aëtio χαμαιλεοντ & μέλαν &.

σμύρνης suppositū  
pro μυρσίνης  
μετε & μ  
supposita pro  
μέλαν &  
Milesta herba

Sed & Milestæ herbæ uiridis folia cum axungia tusa ac imposta, mirificè.) Hoc auxilium ex Milesta herba habet etiam Aëtius lib. 13. cap. 124. Neq; alia esse uidetur quam ea quam supra ad coxendicum morbum Iberidem appellauit, libro 3. cap. 77. Est enim idem usus facultasq; ac affectus: & dedita opera aliquando talia à medicis obscurantur, alijs nominibus impostis ipsis rebus, ut ne quæuis sus, ut dicitur, intelligat.

IN CAPVT IIII.

Similiter etiam perdicium, & resina aceris cum rosaceo soluta & illita.) Hec in græcis sic leguntur: ομοίως δὲ καὶ τὸ πρὸς δίκιον, καὶ ζυγία μετὰ ροδίνης λυθείσῃ & κατὰ χυμωδίνην. Quam itaq; resinam aceris dixi, græcis est ζυγία. Eadem enim resina infra lib. 7. cap. 18. in malagma Baium recipitur, & iungitur cum resina picea, ac terebinthina, ut non possit aliud ζυγίας nomine accipi quam resina, sicut neq; hoc loco, ubi cum rosaceo soluenda ac illinēda præscribitur. Nam aliàs ζυγία ipsa arbor appellatur, quam tertium aceris genus Plinius lib. 16. cap. 15. facit, fisisili ligno, cortice liuido & scabro. Hoc alij, inquit, proprij generis esse malunt, & latini carpinum appellant. Videtur autem de Vitruuio loqui, apud quem hoc habetur. ζυγίαν autem appellant, quod ex eius materia iuga fiant, Germani aceris genus quoddam agnoscunt, quod maßholder baum appellant. Memini me quoq; alicubi ζυγίας δάκρυον legisse, in his quæ margini Aëtij adscripta essent.

Aceris resina  
ζυγία

Carpinus

ζυγίας δάκρυον

IN CAPVT V.

Sinopide aut meliade terra illine. Aut acubus simul innitētibus preputione facta, & c.) In græco legendum, σινωπίδι ἢ μηλιάδι, ἢ Βελόνας σινωπερσιδίας μέλας κατὰ κρητήρας. Non μηλιάδι, nec σινωπερσιδίας, uelut codices habent. Quæ autem sit terra Melias, & quæ ipsius facultas, apud Dioscor. lib. 5. habetur.

Terra Melias

IN CAPVT VI.

Quidam etiam fecis uini uistæ unciā unam addunt.) Exemplaria Græca sunt hic corrupta. Aldinum habet, γυιοι δὲ καὶ σφέκλις κε. Basiliense γυιοι ἢ καὶ σφέκλις κεκαυμένης. Non esse autem σφέκλις κεκαυμένης legendum, ex eo constat quod σφέκλις uox per se, fecem uini uistam significat. Sic enim Paulus infra lib. 7. cap. 11. in sinemate Asclepio exponit, σφέκλις inquit, ἢ πῖς ὄζει τρυφὸν οἶνον κεκαυμένην. Legendum igitur est, γυιοι δὲ καὶ σφέκλις το. α. possit addi

σφέκλις



uerbum πρὸς ἄλλο σίρι, sed non est necessē. Mox conuerti καὶ γρηθὸ καὶ κρεσ̄ F. id est grana sexaginta, non septem, uelut in græcis habetur ζ̄ pro F̄ suppositum. Idem enim medicamentum eodem pondere habetur supra huius lib. 4. cap. 3. ad impetiginem. Et mox quod reddidi, farinae lupinorū, buccinorū ustorum, nitri, etc. in græcis falso legitur κηρύκων καὶ νίτρος, pro κηρύκων κεκαυμένων νίτρος, non enim opus est καὶ coniunctione, quæ supposita est pro abbreviato κέ, quod significat κεκαυμένων, ut supra eodem cap. 3. ad impetiginem.

IN CAPVT X.

Ad pustulas nocturnas & bullas, spumam argenti, & sulphur uiuum æ, quis portionibus, cum aceto & oleo myrteo, ad strigmentitiam spissitudinem trita, illines cum oleo & uino.) Græca lectio parum hic uitriata, totā sententiam corrumptit: sic autem legendum est, λιθάργυρου καὶ θείου ἄπυρου ἰσὸς μετ' ὄξος καὶ μουστίνης λεία, γλαίω δ' ἢ πηλῆσι σε μετ' ἐλαίῳ καὶ οἴνω.

IN CAPVT XI.

Item ouum totum crudum euestigiō impositum, lana molli exceptum.) Recte legitur hoc loco, καὶ ὠὸν ὄλου ὠμὸν πρὸς ἀργῆμα ἐπιτεθειμένου. Nam ita etiam Aëtius habet libro 14. cap. 64. Nec opus est Dioscoridis autoritatem allegare, qui de oui candido prodit, quod ambulis illitum euestigiō, bullas excitari prohibeat: quum totum ouum omnibus suis partibus huc faciat, perfrigerans nimirum, et resiccans citra mordacitatem. Non ergo ὠὸν τὸ λευκὸν hic legendum est, sed uelut exemplaria omnia habent, itemq; Aëtius uelut dixi, ὠὸν ὄλου ὠμὸν, etc.

IN CAPVT XII.

Ouum integrum absq; testis.) In græcis habetur ὠὸν ὀλοκλυρὸν χωρὶς τῶν ὀστέων: sed corrupte legitur uox ὀστέων pro ὀστέων. Significat autem hic ὀστέων ouorum testam, quæ est uelut tectum et fornix ac quasi concameratio quædam oui. At quod mox sequitur de pelle ouilla, calida adhuc ubi recens detracta est, flagris castis circumdanda, habetur apud Plin. lib. 30. cap. 13. his uerbis. Verberum uulnera atq; uibices pellibus ouium recentibus impositis obliterantur. Meminit etiam Aristoteles in problematis sectio. 9. quest. 1. tum oui, tum pellis ouille, ad uibices imponende.

IN CAPVT XIII.

Aut caricæ drach. viii.) In græcis hic est, ἢ καρίκως L. η̄. Nec uidetur esse aliud καρίκως, quàm carica, id est ficus arida, quæ aliàs græcis quoq; ἰχάρις appellatur. Declarat id Lucianus in uitarum uenditione, ubi de Epicuro querit emptor, quibus edulij delectetur, et respondet Mercurius, dulcibus uescitur et mellitis, καὶ μάλιστε inquit, τὰς ἰχάριδας. Ad quæ uerba subiicit emptor, χαλεπὸν μὲν ὄσεν, ὠνήσωμε γὰρ αὐτῶν πελάγους τῶν καρίκων. Siuc itaq; à loco, siue aliunde nomen habet carica, græcis pariter ac latinis id usurpatum est. Porro καρίκων medicamentum duplex, aridū, et liquidum, habet Hippocrates in lib. de ulcerib. sed neutrum caricæ recipit, neq; ex caricis nomen habet, sed è Carum gente, quibus in multo usu fuit, appellatum esse uidetur.

IN CAPVT XVI.

Facit etiam oxerum & masticherum emplastrum.) In græco exemplari Aldino corrupte legitur, ἢ ξυρὸν καὶ μασιχηρὸν. Legendum autem est ποιῆσθαι καὶ ἢ ὄξυρὸν καὶ μασιχηρὸν. Sunt enim emplastra ita appellata, quorum descriptiones habentur libro 7. cap. 17. Horum emplastrorum mentionem facit rursus sequenti cap. 18. Sed in Basiliensi exemplari, utrisq; locis ea uerba dea sunt, uelut nihil significantia, ut arbitror, omiffa.

IN CAPVT XVII.

Si igitur dolor uehemens non est, hoc ad dolorem utendum est.) Aldinus codex habet, ὀδύνης μὲν ἐν σφοδρῶς ἐκῶσης, τότε καὶ ἐπὶ ὀδύνης γρησέου. Legendum autem esse κατὰ pro καὶ, sequentia ostendunt. Basiliense exemplar habet, τότε καὶ τοῖς τοῖς τοῖς γρησέου. Sed non solet ita Paulus similia comiectanda relinquere, sed palam quæ uelit exponere. Galenus certè qui innumera alia esse dicit medicamenta, quæ iuxta hunc modum componi possint, dicere potuit τότε κατὰ τοῖς τοῖς τοῖς γρησέου. At quia cataplasma quoq; ipsum, de quo Paulus hæc uerba dicit, corrupte legitur in Paulo, ueram lectionem, quam etiam latinè expressimus, ex Galeni lib. 1. ad glauconem adscribemus, quæ sic habet: κατὰ πλάττω ἐν ἑσθίῳ τῷ ἀερώδῳ, καὶ λευμάτων φοιῶν ἐφθῶν ἐν οἴνω, καὶ ῥῆ, ἐλάττω συγκεμνῶ. In exemplaribus impressis κατὰ falso habetur pro ἐπὶ. Cera enim hic inepta est. Rhus uero commodissimus.

IN CAPVT XIX.

Ita ut ubi sanguinem defluere permiserimus, aliquod medicamentum ex his quæ putrescentibus comoda sunt imponamus. Sunt autem hæc. In græcis impressis uerba quædam desunt, quædam corrupte leguntur.

guntur. Restituenda autem sunt ex 2. lib. Gal. ad Glaucanem, sicut etiam conuerti: καὶ εἰς ἀντὶς ἀποφύλιωαι τὸ αἶμα, ἢν φρεμύκων ὑδὶ λιβνῶαι τι, ἢν πρὸς τὰ σηπόμνια χησίμων, ἐσι δὲ ταῦτα, &c. Sed & mox post hunc locum lege, ἐφ' οἷς ἀλσι μετὰ πρᾶσσ χυλῶ χησιῶν, ex eodē Galeni loco, in impressis Pauli codicibus, uox χυλῶ deest.

Gangrænas circumscarificabit imposita farina loliacea.) Græcè habetur, γαγγρῆνας καὶ τα πλᾶσσομνίας ποδὶ χαράξαι ἀεινονο ἀλδύρομ, &c. Sed legendum est καὶ τα πλᾶσσομνία, & recte sequentur res quæ id faciunt.

IN CAPVT XX.

Sed & plantaginis succo, aut solani dilutum, magnopere prodest.) In græcis hic uox una οἶνω redundat, & facit totam sententiam alienam. Non enim uult plantaginis succum aut solani uino dilui, sed glaucium si etiam plantaginis aut solani succo diluatur, magnopere prodesse dicit. Sic ergo legendum est, καὶ χυλῶ δὲ ἀρνὸν λάωσ & ἢ σφύχης δλιεις, μεγάλως ὀνινησιμ. Hanc autem esse rectam lectionem, declarat Gal. lib. 2. ad Glaucanem: εἰ δὲ σφύχης inquit, δλεύσεις χυλῶ ἢ ἀρνὸν λάωσ & μείζονως ὠφέλις. Præmisit autem de glaucij usu eadem serè uerba, quæ Paulus quoq; ante hunc locum preposuit.

Glaucij usus

Et spumæ argenti trientem, succi porri cyath. vii. succi betæ tantundē.)

Hic habent exemplaria, πρᾶσσ χυλῶ κζ. ζ. Sed Oribasius κζ. s. habere, hoc est. s. medietatis notam pro ζ. septenarij numeri nota, nihil miri est. potuit enim fieri, ut uel hic uel isthic error à scriptore committeretur. Non committet tamen errorem usurus, si neq; ad nimiam, neq; ad imminutam mensuram respiciens, spumæ argenti trientem terat, de utrisq; succis, porri ac betæ, quantum satis est affundat, quo medicamentum commodè illini possit. Atq; hoc iudicio etiam in cæteris ambiguis tum ponderibus, tum mensuris utendum est. Sic paulò post myrtei sexuncem uerti, id est ὁ. s. quum tamen exemplaria habeant ὁ. ἰς. quod pondus nimium esse apparet, & ὁ. s. legendum esse ex Aëtio constat, qui ita habet. Sed quia etiam mox in eodem medicamento falso legitur ἡμισι uox, & quedam desunt, rectam lectionem quam expressi, adscribam ex Aëtio lib. 14. cap. 60. Sic enim habet, ἢ κατὸ ὁ. δ. μυσίνος ὁ. s. σκω εἰς μολιβδῆ ὁ. δ. οἶνω λᾶνάς σκωλίαν, καὶ τὰλλα τήξας κηρωτῆ ἀνλαλῶν κατὰ χριε. Mox quod conuerti recrementum plumbi ruta tritæ succo excipere, in græcis legitur πηγάνος χυλῶ. Sed Aëtius pro πηγάνος, habet πολυγόνος. Et uidetur utriusq; usus huc commodus esse, etiam si alteri pro altero suppositum esse appareat. Et rursus mox quod dixi, Lanæ mollis non lotæ. in græcis legendum est ἐρεῖς ἀπὸ λῶ, non πᾶλαιῶ, ut exemplaria habent, ex eodem Aëtij loco. Quod uero sequitur, recrementi plumbi acetabuli dimidium, recte legitur in græcis, ὀφθῶφρος τὸ s. etiam si Aëtius sesquiunciam, id est ὁ. ε. s. habeat. Nam si acetabuli mensura unciarum trium plus minus statuatur, acetabuli dimidium sesquiuncia respondebit, id quod ex ponderum ratione infra lib. 7. sine à Paulo tradita satis constat.

Ponderum ac mensurarum ambiguitatis iudicium

πῆγανον & πολυγόνον uicissim supposita

Acetabuli mensura unciarum trium

IN CAPVT XXI.

Fieri quoque potest ceratum ex cera alba, rosaceo quadruplo ammixtò, quod ex oleo erudo citra salem sit paratum.) Quod ceram albam hic dixi, in græcis est κηρός τράκτι. Et quia sepe in græcis medicis κηρός τράκτος legitur, hoc loco semel declarare uisum fuit, quid uox τράκτι significet. τράκτος itaq; appellatur κηρός, qui tractu ac tractatione eò deuenit, ut albus euaserit, quod quo modo faciendū sit, docet Dioscor. lib. 2. Videtur itaq; uox τράκτος à latinis sumpta esse, ac græcis usurpata. Sicut etiam τράκτισιζω uerbum exponunt dictionarij græci τὸ λδουκάνω καὶ κατὰ σκδύζω, id est præparo ac album facio. Aëtius alicubi τράκτου habet, & in eodem medicamento Paulus λδουκῶν dicit. Et rursus Aëtius aliquando κηρὸν τράκτου λδουκῶν τᾶου habet, ut dubium non sit, quin τράκτις uoce, alba cera significetur. At uero quod rosaceum cum sale & citra salem parari soleat, in commentarijs medicis declarauit.

Cera alba κηρός τράκτι

IN CAPVT XXII.

Phygethlon autem, id est panus.) Hæc uerba desunt in græcis, & necessariò adscribuntur, ad sententiæ perfectionem, & habentur quoq; apud Gal. lib. 2. ad Glaucanem, unde hic transferri possit, φύγεθλον δὲ τὸ φλεγμονώδες ἐρυσίπειλας, ἢ ἐρυσίπειλατῶδες φλεγμονὴ τὸ ἀδύνος. Paulò post falso legitur ὑδὶ γυομνίη pro ἐπιγυομνίη, ut ex eodem Gal. loco patet.

Viscum cum resina ac cera.) Græcè habetur, ἰξὸς σὺν ῥητίνῃ κηρωτῆ. Sed pro κηρωτῆ uidetur legendum, καὶ κηρῶ. Ita enim Dioscorides de uisco dixit: δλωατῶ διαφορεῖν φύματῶ μίγεις ῥητίνῃ καὶ κηρῶ ἰσῶ.

IN CAPVT XXIII.

Et incumbere ipsi supernè bullam siue pustulam nigram.) Græcè est ἀπὸ κεί- δῶτα δὲ ἀνω κατῶ φλύκταιναν, &c. Sed pro ἀνω κατῶ legendum est ἀνω πᾶτω, id est superne.

D 3 perne

perne, vel in summa parte ex Aëtij 14. cap. 62. Mox legendum est τὸ ὑπόκλωμα, & non τὸ ὑπό κλωμα. Et rursus εὐκτατα τὸ εἶναι κερπῶ, ἢ κερπῶν. Sed hæc ex ipsa translatione cognosci poterūt.

IN CAPVT XXVI.

Quale est epithimum, quod quatuor drachmarum & dimidiæ pondere, ex fero lactis aut aqua mulsa damus.) In græcis impressis habetur pondus trientis & unciæ dimidiæ, id est unciarum IIIIS. nimirum sic, πλῆθος ἴσ. δ. σ. ἢ ὀρρῶ γάλακτος. At hoc pondus nimium esse, neq; epithymo conuenire, satis declarat ipse Paulus infra lib. 7. cap. 4. ubi drach. V. cum feri lactis hemina dare iubet. Legitur autem etiam isthic corruptè, σὺ γάλακτος ἡτύλῃ, pro reæsto quod etiam hoc loco habetur, σὺ ὀρρῶ γάλακτος. Neq; enim cum lacte, sed cum fero lactis datur. Docet autem & Dioscorides epithimum drachmarum quatuor pondere dandum esse, aut acetabuli mensura, fieri enim potest ut epithymi rei leuis & in puluillum detritæ, quatuor drachmæ acetabuli explicant. Neq; multum refert etiam si plus aliquanto sumatur, sed non ut unciam aut uncias exhibeamus. Verba Dioscoridis hæc sunt: ἰδίας ἀρμόζου ὑπὸ μελαγχολικῶν ὀφθαλμῶν πλῆθος, πῶς ὀκλῶν. Aëtius quoq; lib. 3. cap. 29. scrupulos XII. exhibet, qui faciunt drach. IIII.

Epithymi dosi  
Dioscoridis locus

IN CAPVT XXVII.

Confricare crura aliquando cum aceto & rosaceo, aliquando cum oleo ac sale, aut etiam ad ipsum acetum & rosaceum sale iniecto.) Græcam lectionem horum uerborum sic emendabis: τρίβειν τὰ σκέλη ποτὲ μὲν δι' ὄφουρῶν, ποτὲ δὲ δι' ἐλάου, καὶ ἐλάου, ἢ καὶ αὐτῶν ὄφουρῶν ἢ ἐλάου ἐπεμβάλλοντα, ex Gale. lib. 14. meth. & 2. ad Glauc. Porro quid mihi esse uideatur Ellychnium, de quo etiã hic agit, satis multa in cõment. medicis dixi.

Ellychnium

IN CAPVT XXVIII.

Vtendum itaq; est sapa cum medico oleo lanis succidis excepta, aut etiã cerato ex cæsypo ammixto.) Hoc loco pro ἀφεψίματι in græcis impressis, legendum est ἐψίματι, & pro τὴν δι' ὄφουρῶν κηρωτῶν, legendum τὴν δι' οἰσύπυ: ex Aëtij lib. 15. cap. 2.

ἀφεψίματι suppositum pro ἐψίματι

IN CAPVT XXX.

Verum ad uetera sugillata raphanus impositus facit. Tollere autem ipsum oportet, quum mordere incipit.) Hoc loco una dictio uitata, & falso pro alia supposita, totam sententiam corrumpit. Est enim διαφορῆ suppositum pro ἀφαίρει, id est discutit pro tolle: lege igitur ἀφαίρει ἢ αὐτὴν, ὅταν ἀρξῆται δάκνειν, id est tolle ipsum ubi mordere incæperit.

διαφορῆ suppositum pro ἀφαίρει

IN CAPVT XXXIII.

Allij nucleos decorticatos in oleo ad triduum macerato.) Allij nucleos dixi partes illas capitum allij, in quas pelliculis detractis diffringuntur. Has Paulus hic σκελίδας appellat. Galenus sepe πυγλώας uocat. Dioscorides ῥάγας. Aëtius ὄνυχας, id est ungues. Hippocrates ἀγλιθας, & δακτιδας, & exponit Galenus in glossis Hippocraticis, ἀγλιθας, τὰ μόρια τῶν σκελίδων ἢ κεφαλῶν. Et in uoce δακτιδας sic ait: δακτιδας uocantur magnæ lampades ardentes, per abusum uero aliquando significant allij caput, eo quod ex multis nucleis compositum, uelut lampades colligatum sit. Latini quidam spicas uocant.

Allij nuclei  
σκελίδας  
πυγλώας  
ἀγλιθας  
δακτιδας  
ὄνυχας  
ῥάγας  
Allij spicæ

IN CAPVT XXXIII.

Calcis drach. IIII. fecis uini ustæ, nitri rubri tosti, &c.) Hoc loco habent græca exemplaria, νίτρος ὕγρος ὀπίθ, id est nitri liquidi tosti: sed ea differentia nitri, ut quoddam liquidum sit, non ita usquam quod sciam legitur. nitrum autem rubrum sæpe Galenus & Aëtius itemq; Paulus habent. Quare etiam hoc loco pro ὕγρο uoce, ἐρυσθῆ legendum esse puto. Nam & Dioscorides lib. 5. ῥῶδωπῶν nitrum præfert alijs, quod rosæum ac rubicundum colorem habet.

ὕγρο suppositum pro ἐρυσθῆ  
Nitrum rubrum

IN CAPVT XXXVII.

Verum ammiscere oportet tenuissimum farina puluillum de molæ uicino pariete acceptum.) Huius loci corruptam esse lectionem haud dubium est, quæ sic habet: μίγνυται δὲ γῆν λελωμένω ἀράχνω ἀλεύρη λαμβάνοντα πλῆσιάζοντα μύλη. Nam etiam si ἀχνῶν pro ἀράχνῶν legas, & tenuissimum farina puluillum accipias, tamen uox πλῆσιάζοντα non habet quo referatur, sed & illi adijcienda uox desideratur. Si itaq; Oribasium sequi uoluerimus libro septimo capite primo, sic legendum erit, μίγνυται δὲ γῆν λελωμένω ἀχνῶν ἀλεύρη λαμβάνοντα ἀπὸ τοῦ πλῆσιάζοντα μύλη. Atque hanc sententiam interim arripuimus ac expressimus, donec rectiorem assequuti fuerimus. Nam suspicio nobis est, araneæ telam accipientem esse, quæ uicino molæ parieti adherens, aliquid de puluillo illo farina molendini in se suscipit, maxime quum de ea tela Dioscorides prodatur, quod sanguinem sistat, & ulcera in superficie ab inflammatione

Molendini puluis  
ἀχνῶν  
ἀράχνη  
Araneæ telæ

hione iucatur, ut fortassis genuina lectio talis sit : *μυγνύωαι δὲ χρὴ λελειωμένω αἰθέριον ἀλέειν*  
*πὴ λαμβάνουσαν ἀπὸ πίχης πλυσίαζοντ* & *μύλη*. Hac enim lectione genuinum auxilium, & ex  
 aranea tela, & ex molendini puluillo indicatur. Verum in præsens hoc alijs dijudicandum relinque-  
 mus. At linea secunda sequenti *ἀνάπαιλι* uocem pro *ἀνάγαλλισ* suppositum esse, uel hoc credibile  
 facit, quod non habeat uox *ἀνάπαιλι* quod referatur. Anagallidem autem utranque uulnera glutinare  
 testatur Galenus libro sexto simplic. pharmac. & ex eo Aëtius libro primo. Sed & mox *σμύρνης* uox  
 pro *μυρσινίης* supposita est, ubi conuertit: Sed & cerusa cum cerati myrtei triplici pondere. Et facit  
 quidem huc etiam myrrha, uelut paulo post sequitur, sed cum cerusa & cerato non uidetur copulanda,  
 & si hoc faciendū esset, legi oportebat, *ἢ μύμθιον ἢ μετὰ κηρωτῆς ἢ σμύρνης τριπλασίονος*.

*ἀνάπαιλι* suppo-  
 si um pro ἀνά-  
 γαλλισ  
*σμύρνης* uox  
 supposita pro  
*μυρσινίης*

IN CAPVT XL.

In hoc capite mox à principio linea secunda, legendum est in græcis exemplaribus *κρήσόμεθα* pro  
*χρησόμεθα*. Et linea sequenti pro *ὠδὴ*, legendum est *ἐπέ*. & quinta sequenti pro *πλείον* legendum  
*πλείω*. Et his respondentem translationem nostram habes.

IN CAPVT XLIII.

Aut nitrum, & cuminum, & farinam cum melle.) Græce sic: *ἢ νίτρον ἢ κύ-  
 μινον καὶ ἄλδρου μετὰ μέλιτ* & Nec uolo in præsens reprobare hanc lectionem, sed uehemen-  
 ter suspicor pro *καὶ κύμινον καὶ ἄλδρου*, legendum esse, *καὶ κυάμνον ἄλδρου*. Ad eundem  
 certe modum in libello Galeni de hirudinibus & reuulsione, *κύμνον ἢ ἄλδρου πτωσασέου* le-  
 gitur pro *κυάμνον ἄλδρου*.

*κύμινον* supposi-  
 tum pro *κυά-  
 μινον*  
 Galeni locus

IN CAPVT XLV.

Aliud. Cornu ceruini usti drach. IIII. corticis pinus drach. VI. cerusæ  
 drach. IIII. æruginis rasæ drach. II. cadmiæ drach. V III.) In hoc medicamen-  
 to græca exemplaria falsa pondera habent, nimirum corticis pinus uncias sex, pro drach. VI. & ceru-  
 se uncias quatuor, pro drach. IIII. & æruginis rasæ uncias nouem, pro drach. II. & cadmiæ drach.  
 XVIII. pro drach. V III. Hæc igitur iuxta rectam Aëtij lectionem conuertimus, & in græcis substi-  
 tuenda esse censemus. Sunt autem apud Aëtium libro decimoquarto capite trigesimo octauo. Ex eodem  
 etiam legendum est in secundo medicamento sequente *μυρσινίης ξηρᾶς*, & *πὸ σμύρνης ξηρᾶς*. Et pon-  
 dus cerusæ ac spumæ argenti, singulorum drach. VIII. & non *ῥ*. id est bessem, siue uncias octo. Quin-  
 & in emplastro secundo sequenti *καδμίας ῥ. s. pro L. s.* habetur: & in eodem *χισῆς συπῆ-  
 εἶας χαλκῶ κεκαυμένῃ ἀνά ῥ. α.* pro *ἀνά L. α.* legitur.

*σμύρνη* supposi-  
 ta pro *μυρσίνη*

IN CAPVT XLVII.

Si uero ex inferna sursum spectarit.) In græcis habetur, *ἀναρρόπου ἢ ὄντ* & *αὐ*,  
*πὸ*, id est sursum tendente ipso sinu. Quia uero antea dixit de eo qui ad supernam regionem extensus  
 est, hic de eo loquitur qui deorsum tendit. Quare *καταρρόπου* quibusdam legi debere uisum est, aut  
*κατὰν πους*, uelut Galenus libro secundo ad Glauconem habet. Verum si *ἀναρρόπος* uocem sic acci-  
 prias uelut de osculo sinus dicat, quod sursum tendit, etiam si ipse sinus deorsum uergat, nihil opus habe-  
 bis ut mutes receptam exemplarium lectionem.

*ἀναρρόπου*  
*κατὰρρόπου*  
*κατὰν πους*

IN CAPVT XLVIII.

Definibus attritis.) Sinus attritos uocant, qui tenuem & attritam cutem incumbentem  
 habent, quale est linteolum detritum, quod *ράκ* & uocatur. Vnde etiam ipsi sinus *κόλποι ῥακώ-  
 δεις* appellantur. Ad hos præscribit hic Paulus medicamentum, quod compage quidem & substan-  
 tia est liquidum, sed facultate siccum: atque hoc ita parare iubet, ut neque durum ualde sit, neque ma-  
 nus inquinare desierit, id est ut neque penitus sit durum, neque etiam spissum, ita ut iam non amplius  
 manus inquinet, neque ipsis inhereat, sed ita liquidum ut inquinet quidem manus, sed non defluat: hoc  
 enim græcis his uerbis significatur: *ὡς μήτε σκληρὰν πᾶν ἐν, μήτε ἀμόλωτον*. Sunt autem  
 ex secundo libro ad Glauconem transcripta. Dixi de uocis *ἀμόλωτ* & significatione plura in  
 Commentarijs medicis.

*ράκ*  
*ρακώδεις κόλποι*  
*ἀμόλωτ*

IN CAPVT XLIX.

Aliud. Atramenti futorijs drachmas duas, chalcitidis, æruginis, singulo-  
 rum drachmam unam, excipe gummī, ac utere in collyria efformatis. Post,  
 quam uero callus excisus fuerit, æruginē cocta cum melle purissimo octu-  
 plo repurga.) In hoc medicamento quedam uerba transposita sunt in græcis, & *μελικράτου*  
 uox legitur pro *μέλιτ* &. Sic ergo repones rectam lectionem ex Aëtij lib. 14. cap. 95. *ἄλλο χαλκῶν  
 ῥ. B. χαλκίτεως ἰδὲ ἀνά L. α. ἀναλαμβάνει ἡ μμει, καὶ χρῶ πωίων κομύρια. ὅταν  
 δὲ ἐκτυλωθῆ, ἰὼ ἐφθῶ μετὰ μέλιτ* & *κατὰρρωτῆς ὀκταπλασίονος ἀνακράσει*.

*μελικράτ* sup-  
 positum pro *μέ-  
 λιτ*

IN CAPVT L.

ισχυρως suppositum pro ισχυρως

Verum sanioso humore, &c.) In graecis uox ισχυρως hoc loco corrupte legitur pro ισχυρως. Legendum est enim πάλιν δὲ ισχυρως ὑδι ῥέοντα, &c. Et mox pro φησάμεν, legendum est φησάντων.

IN CAPVT LIII.

θρύπτται suppositum pro κρύπτται

In hoc capite θρύπτται falso legitur pro κρύπτται: & μὲν pro κρῖ, ubi conuerti, Si enim non cito incarnetur, hoc est εἰ μὴ γὰρ ταχέως. Καρκωθῆναι, non autem εἰ μὲν γὰρ: quanquam haec & alia huiusmodi ex translatione nostra cognosci possint. Et mox post uocem μελάιν τῶν, deest καὶ παχύν τῶν, ut praegresse uoci λεπτῶν opponatur. Quod uero reddidi, inter simplicia sanguinem sistentia, pilularum platani lanugo, maxime ubi crustam abiecerint, graecè sic habetur: τῶν πλατάνων τῶν σφαρδαίων ὀχρῶν, μάστιγα ὅτε τὸν ἐπίπαστον ἀρβάλλη. At his uerbis non significatur, lanuginem pilularum platani, tum maxime sanguinem sistere, ubi nescio quem concretum humorem abiecerint: sed eam ipsam lanuginem tum maxime id facere, ubi uasa crustam iniustam abiecerint. Nam & anatea dixit, quod crusta dilapsa plerisque sanguinis eruptio consequatur, quae sisti non posset: & ad eam eruptionem etiam tum gallas uistas adhibere iussit, quae igne candefactas aceto aut uino extinguere praecipit. Sed sicut isthic, αὐτὰς δὲ ἀπύρως, id est ipsas igne candefactas, τὰς κικιδῶν δηλονότι dixit: & tamen sunt qui ferramenta ignita aceto aut uino extinguenda esse accipiunt: ita hic quod dixit, ὅτε τὸν ἐπίπαστον ἀρβάλλη, id est ubi crustam abiecerint, αὐτὰς δηλονότι τὰ ἐχαροθῆναι ἐγγεῖα, id est uasa ipsa quibus crusta inducta est: ad concretum quendam pilularum platani humorem referūt, hic ἐπίπαστον, illic ἀπύρως uocem non assequentes. Est autem ἐπίπαστον hic nihil aliud quam crusta, id est ὑχάρα, quae medicamento aut cauterio inducta est, id est ὑδι πηγνυμένων. Nam & supra Paulus dixit, τὰ δὲ γὰρ τὰς ἐχάρας ὑδι πηγνυῦντα, id est, quae uero crustas inducunt, & uelut affigunt ac compingunt.

Platani pilularum lanugo

ἐπίπαστον: ὑχάρα

IN CAPVT LIIII.

μαράθρω uox supposita pro μαράθρω Marum

Galenus adpunctiones quidem neruorum haec descripsit.) Tria haec medicamenta habet Galenus lib. 3. compos. medicamen. ἡ γίνη. Et quia singulorum simplicium, ipsorumque ponderum, & componendi modi, rationem diligenter exposuit, par est ut Pauli lectionem ex illo transcriptam, ita emendemus, ut cum Galeni lectione non dissentiat, sed idem doceat. In primo itaque medicamento, μαράθρω uox falso supposita est pro uoce μαράθρω. Non enim feniculum, sed marum, in medicamentum assumi debet. Quid autem sit Marum Galenus ibidem, & libro 1. de antidotis declarat. Deinde quod legitur in graecis Pauli exemplaribus, ἀμαράθρω ἑ. β. legendum est ἀμαράθρω ἑ. β. Galenus enim expressis uerbis dicit, se ne cogitasse quidem de amaraco ammiscendo, sed postea in diuitis cuiusdam gratiam, etiam de illo parum quid adiecisse, quartam nimirum partem aut quintam, unius aliorum simplicium quae in hoc medicamentum recipiuntur. Quum igitur reliqua, cinamomum, dictamanum, marum, singula singularum unciarum pondere praescribantur, consequens est ut amaraci quarta unciae pars sumatur, id est drach. II. In secundo uero ac tertio medicamento reliqua recte habent, sed πομφόλυγος τε ἑ. α. falso, pro πομφόλυγος τε πλωμύγος ἑ. α. legitur. Cera porro unguentaria uidetur fuisse appellata, quod ad unguentorum usum parata haberetur, nam Galenus pro ipsa Tyrrhenicam accipi posse dicit.

Cera unguentaria

IN CAPVT LVII.

ἀρθρω suppositum pro ἀρθρω

Nam Hippocrates ait, Bonum est etiam lumbricos, &c.) Hic locus est in libri prognostici parte prima, uelut Galenus iuxta suos commentarios distinxit. Verum paulo ante hunc locum in Paulo falso legitur: ἐκ πονηρῶν νόσων, pro ἐκ πονηρῶν νόσων. Sicut etiam paulo post falso habetur, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ φαίνονται, pro καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑφαίνομαι φαίνονται. Itemque μετὰ πᾶσι τῶν ἀρθρω falso legitur, pro ἀρθρω uoce ἀρθρω supposita. Atque haec miranda methodus est in pueris aegre admittentibus.) In graecis deest uox αὐτῆ, & δὲ. Legendum enim est αὐτῆ ἢ δαυμασία μέθοδος δὲ, &c. Sicut autem hic deest sunt haec uoces, ita paulo infra ubi conuerti, Aut sinapi cum oleo & aceto, duae uoces redundant in graecis. Sic enim legitur, ἢ τὸ νάπυ μετ' ἐλάει καὶ ὄξω, κοχλιαρίσ μέγελθ. Redundant itaque uoces, κοχλιαρίσ μέγελθ. Nam & cochlearij magnitudo dici non solet, sed cochlearij mensura, & neque de sinapi, neque de oleo & aceto accipi potest. Verum uidetur etiam hic in libero iudicio usuri reliquisse, ut quantum uellet exhiberet, sicut etiam pleraque alia sine pondere ac mensura praescripsit. Paulò post ubi conuerti, Spina Aegyptia cum pipere pari sex scrupulorum pondere, in decocto mentae, aut mori radicis succo, aut decocto petroselini, ac reliquorum odoratorum feminum: graecorum uerborum lectio ita emendetur, distinguatur ac legatur: ἀκάνθαν ἀγυπσίαν μετὰ πεπέρως ἰσθ ρ. ῥ. εἰς ἀπόθεμα ἢ -

μαλιδ' υόσμοσ, η μορεας χυλδρ, η το αφελημα πετροσελινε, και ην παπλοσιων ην δνω  
 δου περιμεδτωρ. Mox deinde habetur, η μελαίεσ πόρσικησ τα φύλλα, pro μελίεσ πόρσι-  
 κησ τα φύλλα, hoc est uelut reddidi, mali persicae folia: sed de talibus ne admonerem quidem, ut quae  
 ex nostra translatione cognosci possint ac emendari, nisi essent qui μελίεσ πόρσικησ τα φύλλα le-  
 gentes, et fraxini persicae folia accipientes, toto caelo aberrarent. Non enim fraxini ullius regionis, ne-  
 dum persiae, huc faciunt folia, sed eius mali arboris uulgò omnibus nota persicae appellatae folia, de qui-  
 bus infra libro septimo ex Galeno dicit, quòd Mali persicae germina ac folia manifestè amara sunt. Lum-  
 bricos itaq; occidunt, trita umbilico imposita.

μελίεσ suppo-  
 situm pro μου-  
 λίασ

Consequitur in ipsis gracilitas corporis, & impotentia cum inaequalita-  
 te.) Haec uerba in graecis sic leguntur, ηρεπετοα δε αυ τοις και ιχνότησ το σώματ, και ιε-  
 δωαμία μετ' ανωμαλίεσ. Et habet Aëtius eadem uerba lib. 9. cap. 40. nisi quòd pro μετ' ανω-  
 μαλίεσ, legitur μετ' βραδ' υτ' ητ, id est cum tarditate. de quo admonendū duxi, ne de pulsū hae  
 uerba dicta accipiantur, quasi legendum esset, και σφυγμò δ' ωαμία μετ' ανωμαλίεσ. Non eni-  
 nim de pulsus, sed de totius corporis imbecillitate loquuntur.

IN CAPVT LVIII.

Dedracunculis.) De his dracunculis Aëtius lib. 14. cap. 85. ferè eadem uerba habet. Verum  
 Galenus lib. 6. de locis affectis, de his ueluti quos non uiderit, et qui his quae de illis produntur nõ mul-  
 tum fidei habeat, sic scribit: In quodam Arabia loco in tibijs, uelut tradunt, nascuntur qui appellantur  
 Dracunculi, neruosi quidem natura, sed lumbricis et colore, et crassitudine similes. Qui igitur diceret  
 se uidisse hos, multos audiui, uerum quum ipse non uiderim, coniectare non possum neq; de generatione  
 ipsorum, neq; de substantia quicquam exactè. Meminit et Theoph. lib. 9. fine.

Dracunculus!

IANI CORNARIII MEDICI PHYSICI

SICI, DOLABELLARVM IN PAULUM Aeginetam, Liber v.

IN CAPVT I.



In his quae in communi omnibus talibus commodant in-  
 titium sumemus.) Hoc loco in graecis exemplaribus deest uox ωφελόν-  
 τωμ, ad sententiam perficiendam necessariò adscribenda, hoc modo: επε ην  
 ησινωσ αυ παντω ην ποιτω ωφελόντω αρξόμεθα. Et mox linea  
 sequenti quarta, εδσ' εσογείσ φωλεσσ legendum.

IN CAPVT II.

Sed & extremarum partium praefectiones adhibere, comòdum fuerit.)  
 Graeca lectio Aldina hic corrupta est. Habet enim και ακροθρειασμοίσ τε ηραλαμβανέωω, και-  
 ρόμ. Basiliense exemplar haec corrigere uolens, fecit, και ακροθρειασμοίσ δε ηραλαμβανέωω το  
 μόριον. Sed neq; haec recta est lectio. Verum ita legendum est uelut conuerti, και ακροθρειασμοίσ δε  
 ηραλαμβανέωω και ριον.

In potu detur seris, aut erica, aut astragalitis cum aceto, aut bitumen, aut  
 paliurus eodem modo, aut paliuri decoctum.) Corrupta sunt hic graeca exemplaria,  
 quae sic habent: πε ποτίσειμ δε σέριμ, η ερείκλω, η αστραγαλώτλω μετ' εφεσ, η ασφαλδου πα-  
 λιόρου ωσάντωσ, η παλαεσ ηδ' αφελημα. Restituenda autem lectio integra in huc modum, πε-  
 ποτίσειμ δε σέριμ, η ερείκλω, η αστραγαλίτημ μετ' εφεσ, η ασφαλδου, η παλιόρου ωσάντωσ,  
 η παλιόρεσ αφελημα. Haec ex Dioscoride, et alioqui αστραγαλίτισ appellatur, non αστραγαλώ-  
 τισ, iridis quaedam species, quae etiam ασραγαλθ uocatur, de qua plura in comment. medicis dixi.  
 Deinde bitumè, aut paliurum eodem modo uelut astragalitium cum aceto dari uult, aut etiam paliuri de-  
 coctum. Legitur enim falso παλαεσ ηδ', pro παλιόρεσ. Nam neq; antiquus, neq; nouus Rhus huc fa-  
 cit, sed paliurus eiusq; decoctum, et facilis fuit lapsus ob scripturae uicinitatem.

αστραγαλίτισ  
 ασραγαλθ

παλαεσ ηδ' sup-  
 positum pro πα-  
 λιόρου

Theriace. Bryoniae opopanax, iridis illyricae, radicis libanotidis, myr-  
 rhæ, singulorum drach. IIII.) Hoc loco cetera rectè se habent, sed myrrha loco in graecis  
 legitur ζιγγιθερεωσ, nimirum pro σμύρνησ uoce. Atq; hic error ualde frequens est in medicis graecis  
 omnibus, uelut etiam in comment. medicis ostendi. Occasio erroris inde est, quòd graecis nõ modò σμύρ-  
 νη, sed etiam ζιμύρνη scribatur. De qua re in uocalium iudicio apud Lucianum conqueritur litera σ.  
 quòd patienter tulerit, neq; unquam litera ζ exprobrauerit, quòd abstulerit sibi ζιμάρεσθου, et  
 ademerit

ζιγγιθερεωσ pro  
 myrrha suppo-  
 situm

ademerit ζύρναν. Sic enim in Luciano legendum est : ὅτι δὲ ἀνεξίτητος ἐστὶν ἡ ῥομίμα, μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ μὴ δὲ ποτε ἐγχελεσάντε τῆς ζύρνας, ζυάρα γὰρ ἀπὸ ἀσάντε, καὶ πᾶσαν ἀφελόμενον τὴν ζύρναν. Et quum ita ζύρνα pro σμύρνα scriberetur, factum est postea ut compendij gratia per duo ζζ denotaretur ζύρνα. Quod compendium ignorantes, ad id dispendij deuenerunt, ut myrrham per ζζ notatam, pro ζγγι. Βερεως uoce agnouerint, atque ita zingiberi pro myrrha supposuerint.

ζζ myrrham denotat

IN CAPVT III.

Postea uero affectionem inducunt, quæ uocatur aquæ formido.)

Formidinis aquæ affectio hic Pauli loci emendati

formidinis aquæ, ὅσσο φροσίου appellatur πᾶσι, eo quod omnem aquam, aut etiam omnem penitus humorem fugiant ita affecti, siue uideant, siue admoueantur. Et est affectio hæc incurabilis, testaturque hic Paulus, ex Dioscoride tamen uerbis transcriptis, ex his qui hanc affectionem inciderunt nullum sanatum esse. Et de hac aquæ formidine dixit etiam poeta Ouidius:

Tollere nodosam nescit medicina podagram,  
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Sed reliqua ferè ex Dioscor. transcripta sunt. iuxta cuius lectionem etiam uocem ἐπιεπίω Paulo restitui, pro qua ἐπία habet græca exemplaria, uelut ad menses sex præcedentes ea sit referenda, ubi ait: Narratur quibusdam etiam post septimum annum accidisse: Ad eiusdem Dioscor. præscriptum, sed tamen magis Galeni et Aëtij, in medicamento è cancris, legendum est πᾶσι ζεῖ ἡμέρας μ. non ut exemplaria habent Α. Verum hæc uberius expositione 2. et 3. in lib. priorem Dioscor. de bestijs uenenum ei aculantibus declarauit.

Cum decocto saluiæ, aut sideritidis Heracleæ, quam fanè etiam alysson uocant.)

Sideritidis heraclea

Græca exemplaria falso habent, ἡ καὶ διὰ λυγὸν καλεῖσσι, id est quam etiam dialyson uocant. Nam ἀλυσσον uocari sideritidem Heracleam, ab insigni aduersum rabiem uirtute, testatur etiam Aëtius lib. 6. cap. 24. ubi eadem quæ hic Paulus his uerbis tradit, μετὰ ἀφελήματι ἐλεισφάκτι, ἢ τῆς σιδιρίτιδος πᾶσι, ἢ ἡρακλείας καλεσμένης. ἡ γὰρ ἡ πινὲς ἢ μόνος, καὶ φασί, ἢ ἰκανὸς βοθῆν. ἢ ἄλλο καὶ ἀλυσσον ταύτῃ ὀνομαζέσσι. Est tamè etià alia herba Alysson priuatim appellata, ut Gale. et Paulus infra lib. 7. dicit ab eo quod à cane rabido morsus auxiliatur.

Alysson proprie

IN CAPVT IIIII.

Cæterum ad morsus iam suppuratos.)

Suppositum pro πινυμίνω

Græcè legendum est, πᾶσι δὲ τὰ ἄλλα πινυμίνω τῶν ἀργυμάτων. Exemplaria habent falso πεπυρωμίνω. Sed repugnat huic uoci medicamentum quod sequitur, itemque τὰ φλεγμαίνοντα deinceps sequentia.

IN CAPVT VI.

Facit & uiridium cupressi pilularum aut foliorum decoctum.)

Græca exemplaria sic habent: καὶ χλωρῶν κυπρίδος ἢ σφαιρίων τὸ ἀφελήμα. Aut igitur uox φύλων deest, aut particula ἢ redundat. Si igitur uocem φύλων recipis, habes autorem Aëtium lib. 13. cap. 18. Si uero ἢ, ut redundans reijcis, præuim habes Dioscoridem, qui de pilulis cupressi solum dicit. Iuxta huius etiam præscriptum legendum est, πᾶσι ζεῖ μετ' οἴνου πτύλης α. et non κζ α. ut exemplaria habent, ubi singulorum drach. II. cum uini hemina una bibendas præbet. Itemque ἀνιγὸν reponendum est, pro ἀνιθου ex eodem.

Suppositum pro ἡσκαλαβώτι

IN CAPVT X.

Hoc loco græca Pauli exemplaria uitiata sunt. Habent enim capitis decimi loco, πᾶσι ἀσκαλαβώτις ἀργυμα.

Nec aliud quicquam subijcitur, quam sesanum tritum imponendum esse. Et sequitur caput XI. πᾶσι γαλεώτις, hoc est de fele. Et subijcitur, οἱ δὲ ὑπο γαλεώτις διακνόμενοι, etc. Sed hæc omnia falso. Nam neque de felis morsu quicquam à Dioscoride proditum est: neque Paulus de felis morsu hæc peculiariter tradidit. Sed γαλεώτις uox pro ἀσκαλαβώτις supposita est. Et debet legi decimi capitis titulus πᾶσι ἀσκαλαβώτις, et mox subijci: οἱ δὲ ὑπο ἀσκαλαβώτις διακνόμενοι, etc. Quod uero decimi capitis loco habetur medicamentum, ad finem illius subijci debet, non peculiari capite, sed ad stellionis morsum pertinens. De quo ut ne quis dubitet, habet omnia hæc hoc modo, uelut dixi, Aëtius libro decimotertio capite duodecimo.

IN CAPVT XI.

Album apparet ulcus, dilaniatis membranæ neruosis.)

Græcè legitur ἁλὸς καὶ φαίνε τὸ ἐλατὸν ἀναφαεινομένης εἰς ὑμνίας νδρῶδ' εἰς. Quæ uerba nullâ certâ sententiâ exhibet. Ego itaque ex Aëtio colligo legendum esse, ἀναφαεινομένην τῶν ὑμνίων νδρῶδ' ὡν, sicut cõuertit.

IN CAPVT XII.

Aliud ex libris Lyci, pharmacum ad uiperæ morsus accommodatum, myrrhæ,

myrrhæ, castorij, piperis, portulacæ, singulorum drach. i. feminis anethi acetabulum, passo trita dato.) Hoc medicamentum ut breue est, & pauca simplicia recipit, ita pernicioso corruptum est in Pauli græcis exemplaribus, ubi σαυδ' ἀράχνης uox pro ἀνδράχνης uoce legitur. Nec uero integrè apud Dioscoridem habetur, sed ita tamen ut si eius lectione sequaris, non tantum periculum incurras. Itaq; & Pauli & Dioscoridis græcam lectionem adscribam, ut iudicari possit utra magis sit recipienda. Paulus sic habet: ἄλλο ἐκ τῶν λυκῶν φάρμακον ὑδῖ τε τὸ δὲ γυμνὸν ὑπὲρ τῶν ἐχέοδ' ἡκίστων, σμύρνης, καστορέως, πεπέρειως, σαυδ' ἀράχνης, ἀνὰ λ. α. ἀνὴθς σπέρματ' ὄφου βαφοῦ, λεάνης γλυκεῖ δίδ' σ. Dioscorides sic: καὶ αὐτὸ δὲ ὄφου τὸ φάρμακον διδοκιμαεῖ ὑπὲρ τῶν ὄφου δ' ἡκίστων, ὅπερ ἔχει σμύρνης, καστορέως, πεπέρειως, ἀνδράχνης ἀνθς καὶ σπέρματ' ὄφου βαφοῦ τὸ ἡμισυ. τῶν τε λεάνης γλυκεῖ κρηλικῶ. Primum itaq; in Paulo sandaracha falso legitur, pro andrachne, id est portulaca. Nam etiamsi Dioscorides non aperte ἀνδράχνης uocem haberet, tamen nemo, arbitror, ita inconsideratus esset, ut in medicamentū, quod antidoti uice contra uiperæ morsum exhibetur, ammisceret medicamentum urendi uim habens, uelut arsenicum siue auripigmentū, & quod infra inter uenena refertur: & alioqui scriptionis uicinitas fecit, ut altera uox pro altera supponeretur. Deinde quatuor medicamentorum pondus Paulus drach. i. prescribit, & quintum addit anethi semen, quod acetabuli mensura sumendum sit. Dioscorides uero quatuor tantū medicamenta prescribit, nisi portulacæ semen & florem pro duobus supputare uelis, anethi certè semen penitus nō habet. Atq; hic ut alteram lectionem corruptam esse certum est, ita utra recta sit, non satis constat: quū ob similitudinem quandam, ἀνθς καὶ σπέρματ' ὄφου uoces supponi potuerint, pro ἀνθς σπέρματ' ὄφου apud Dioscoridem, aut uicissim hæc pro illis apud Paulum. Pauli tamen lectionem interim sequuti sumus, donec melior lectio se nobis obtulerit.

σαυδ' ἀράχνης  
supposita pro  
ἀνδράχνης

Pulli gallinacei dissecti, & calidi impositi, ac frequenter permutati.) Hoc loco in græcis exemplaribus uox ὑδῖ πλάσσο μύλωνοι falsò supposita, pro recta ἐπιπλάσσο μύλωνοι, totam sententiam corrumpit. Sic ergo rectam lectionem repones: τῶν ὀρνίθων οἱ νεοσοὶ ἀναπυσοόμενοι, & ὑδῖ πλάσσο μύλωνοι, καὶ συχῶς ἐπιπλάσσο μύλωνοι, id est frequenter permutati.

ἐπιπλάσσο μύλωνοι  
suppositum pro  
ἐπιπλάσσο μύλωνοι

IN CAPVT XIII.

Dryinus uelut Galenus ait.) Hæc sunt apud Galenum lib. de Theriaca ad Pisonè ad uerbum, nisi quod uerba, λέγεται ὄφου μοχθηρὸν ὄζειν πᾶν υ. id est hunc pessime olere dicunt: in Galeno aliter leguntur hoc modo, λέγεται αὐτὸν νομίζου μοχθηρὸν εἶναι πᾶν τὸ δὲ φραγδῶν, id est dicunt ipsum omnem gratum odorem, prauum esse existimare. Et potest uerisimile uideri, utraq; lectionem consistere, ac sententiam rectam exhibere. Potest etiam in Paulo ὄζειν πᾶν υ, ex νομίζου πᾶν corruptum esse, ita ut uoces τὸ δὲ φραγδῶν interciderint.

Galenus locus

IN CAPVT XV.

Ab hæmorrhoo commotis uehementes circumcirca incidunt dolores, qui breues penitus & angustas reddunt corporis raritates.) Græca exemplaria sic habent: πῖς δὲ ὑπὸ ἀμύρῃς διηχθεῖσιν ἰχυρὰ ποδωδ' ωῖαι ἐμπίησι. βραχέα δὲ πᾶν τε λῶς καὶ σφῆς πῆρεχσι τὰ ἀραιώματα. Appellat autem Paulus ἀραιώματα corporis raritates, quæ eiusdem cavitatibus; siue cauis locis ac partibus opponuntur. Sic sanè etiam supra libro 3. cap. 70. usurpauit, & cavitates cum raritatibus coniunxit, dum dixit: ποτὲ μὲν γὰρ τῆς κοιλότητι τῶν κντῶν ἀρ' ἀρ' ἀραιώματων. τῶν πνδύματων, ποτὲ δὲ γὰρ τοῖς ἀραιώμασι τῶν ἐλ' μύτρας σώματ' ὄφου, id est quandoq; in cavitare spatij ipsius flatibus conclusis, quandoq; in raritatibus corporis ipsius uteri. Dioscorides τὰ σώματα habet, pro τὰ ἀραιώματα, quem qui sequuntur, & sic quoq; in Paulo legunt, sententiam penitus obscurant, quæ nunc si modo quis ἀραιώματα uocem assequatur, euidentis est & aperta, nimirum raritates & raras corporis partes contrahi & angustas reddi præ afflictionum continuitate, ab hæmorrhoi morsu.

ἀραιώματα

Dioscor. locus

Cor. similisq; corporis totius habitus consequitur, uelut in hydropicis; propter assiduum potus ingestionem.) Aldinus codex habet, πῆρα πλοσία τε τὸ ὄλα ὄφου γματ' ὄφου ἀκο λῶς, & c. Basiliensis, πῆρα πλοσία τε τὸ ὄλα συγκείματ' ὄφου ἀκο λῶς, & c. Et rectè quidem συγκείματ' ὄφου legitur, pro corporis concremento. Sed deest uox ἔφης; ut sic legatur, πῆρα πλοσία τε τὸ ὄλα συγκείματ' ἔφης πῆρα ἀκο λῶς. Sed & sic deest adhuc quid, quo significetur cui nam similis sit corporis ille habitus, atq; hoc puto esse has uoces, τῆ τ' ὄφου πικῶν. Ex Aëtij lib. 13. cap. 22.

ὄφου γματ' ὄφου  
supposita pro  
συγκείματα  
ὄφου πικῶν

Plantaginem, hyssopum, allium album, & c.) Græcè sic, ἀρνόγλωσσου, ὕσσω-  
του, σκόρδου λευκοῦ. Verum inuenio qui pro λευκοῦ uoce legerit in suo exemplari ἐλαφόσκο-  
που, ita ut non ad allium pertinere uox λευκοῦ, sed supposita sit pro ἐλαφόσκοπου. Sed & quod mox sequitur

λευκοῦ suppositum  
pro ἐλαφόσκοπου



sequitur, aut allium cum irino, hoc est ἄσπερον μετὰ ἰρίνου: in illo exemplari scordium legitur. Nihil tamen horum mutavi, iudicio eorum qui usuri sunt hæc permittens.

IN CAPVT XVIII.

Tres aspidis species Galenus esse dicit.) Hæc in lib. de Theriaca ad Pisonem habentur, & nota est alioqui etiam historia de Cleopatra. Nec uero hoc capite quicquam deest, quod ex Dioscoride sit petendum aut adscribendum. Sed omnia quæ Diosc. habet, etiam Paulus tradit distinctius & meliori ordine, ut nihil quæri amplius possit, si saltem in fine capituli γάλα βοός, in ἀμα βοός, iuxta Dioscoridis lectionem mutetur.

γάλα suppositū pro ἀμα

IN CAPVT XXIII.

Vtitor ad uiperæ morsum, uelut dictum est, drach. I I. cum aceti cyath. I. Secunda die drach. IIII. cum aceti cyath. II. Tertia drach. VIII. cum aceti cyath. III.) Horum uerborum lectio penitus corrupta est in exemplaribus græcis, hoc modo: ἡ δὲ ἰβὴ ἐχέου ἡκίω ὡς εἴρηται, L. B. μετ' ὄφεις κυά θ. α. τῆ δὲ τρίτη L. B. μετ' ὄφεις κ. γ. dictum autem est ab ipso de testudinis sanguinis usu supra cap. 12. ad uiperæ morsum. Verum quia modum & pondus isthic non præscripsit, iam hoc facit. Quia uero neq; hic ex corrupta lectione id affertur qui datur, nos Aëtij lectionem sequuti expressimus. Quum enim in multis alijs locis eadem, aut similia tradant, uidentur etiam hoc loco non diuersa prodidisse. Sic ergo Pauli lectionem ex Aëtio lib. 13. cap. 24. repones: ἡ δὲ ἰβὴ ἐχέου ἡκίω ὡς εἴρηται L. B. μετ' ὄφεις κ. α. τῆ δὲ δλυτὸς L. δ. μετ' ὄφεις κ. β. τῆ δὲ τρίτη L. η. μετ' ὄφεις κ. γ.

Aëtij locus

IN CAPVT XXVII.

Expleta enim appetentia, de cætero facile depræhenduntur qualitates.)

ἡ κατάληψη ἀκατάληψη κατηρτυμένα κατηρτυμένα

Græca exemplaria sic habent: ἀκατάληψη ἢ ἀκατάληψη ἢ ἀκατάληψη γὰρ ἐλὶ ὄφειτος, δὲ κατὰ ληψίον γίνονται τὸ λυγρὸν αἰ ποιοῦται. Nec uideo cur quis aliorum exemplarium lectione inductus, ἀκατάληψη lege malle debeat quàm δὲ κατὰ ληψίον. Docet enim Paulus præcauere uenena, uitanda esse edulia condita, id est τὰ κατηρτυμένα ab ἀρτύω, non ut Dioscorides falsò habet κατηρτυμένα, ἀκατάληψη: uitandas omnes qualitates intentas, dulcem uidelicet balsam & acidam. At si quis famelicus aut sitibundus ad cibum aut potum accipiendum accedat, is præ nimia appetentia non facile depræhenderit ipsorum qualitates. Si uero aquæ quod satis est præsumat, iam expleta inde nimia illa appetentia, de cætero facile depræhendet singulorum qualitates, atq; sic ipsas uitabit, & à se reijciet. Deinde ἀκατάληψη uox non habet eam significationem, ut denotet non corripì, aut difficulter corripì à stomacho qualitates. Sed quia Dioscorides ἀπεψίασται habet, pro δὲ κατὰ ληψίον, nec uiderent quomodo concordem utriusq; lectionem facerent, ad hoc deuenerunt, ut illam significationem ἀκατάληψη uoci attribuerent, quasi idem ἀπεψίασται & ἀκατάληψη uoces significarent. Ego uero neq; ἀπεψίασται uocem apud Dioscoridem recte legi puto, sed ἀπεψίασται legendum esse coniecto, ut accipiamus, expleta iam appetentia, de cætero minime immutari qualitates, atq; ideo facile depræhendi, uelut etiam expositione prima in posteriorem librum Dioscor. de letalibus medicamentis ostendi.

ἀπεψίασται Dioscor. locus ἀπεψίασται

IN CAPVT XXVIII.

Ex odore quidem & amaritudine, papaueris succum.)

κόνειον suppositum pro μακώρειον

Græca exemplaria habent ἐκ μὲν γὰρ ἐλὶ ὄσμης καὶ πικρίας, κόνειον, id est cicutam, hoc est κόνειον pro μακώρειον. Non enim esse autem κόνειον id est cicutam legendum, indicat Dioscorides, qui aperte μακώρειον, id est papaueris succum habet. Habere autem papaueris succum insignem amaritudinem, & odorem qui late diffunditur, idem Dioscor. testatur, & Paulus infra cap. 41.

μακώρειον suppositum pro πρασίου

Nerij quod & rhododendron & rhododaphne appellatur flores, marrubij succus.) In græcis falsò legitur hic νερίττα pro νερίττα, & πρασίου χυλόν, id est porri succus, pro πρασίου χυλός, id est marrubij succus. Sic enim etiam Dioscor. lib. 6. habet, & lib. 3. de marrubij succo testatur. Sed & μόχ κέσρα ἐλὶ βεηονικῆς legendum est ex eodem Dioscor. & non ἰσθονικῆς.

IN CAPVT XXX.

Post uomitiones autem infundere oportet per clysterem, &c.)

ἡ νόματα suppositum pro ἡ νόματα Galeni loci

In græcis exemplaribus hic falsò legitur, μετὰ δὲ τὰ ἐδέσματα, id est post cibos. Legendum enim est μετὰ τὰ ἐμέσματα, id est post uomitiones. Indicat id claris uerbis Dioscorides, καὶ μετὰ τὸ κομίσα δὲ τὰ πλεῖστα ὄσπε ἰβὴ ἐμέτων φινίνα δὲ κλυσιῖθ, &c. Sed & in Galeno aliquoties ἐδέσματα supposita pro ἐμέσματα, nuper sustuli ex græcis pariter ac latinis codicibus nostræ editionis. Velut uerbi causa in libro de atra bile, non longè à principio, ἐδέσματων habetur falsò pro ἐμέσματων.

IN CAPVT XXXI.

Qui buprestim hauserunt, uiroso nitro simile quid in gustu percipiunt.)

In græcis

in grecis exemplaribus deest hic uox νίτροω, ex Dioscoride & Nicandro restituenda, & legendū τοῖς δὲ βότρυσι μεπωκίωσι, ολοκίη τὴν γδύσι ὁμοίον τι βρομάδεις νίτροω σωμαδιάνεδς. Deinde ad finem capituli ubi conuerti, Declinante uero acuminis periculo, melius habent ex palmularū Thebaicarum esu, aut earundem tritarum potu cum lacte, aut uino mulso: Hæc uerba in totum desunt in Aldino exemplari, in Basiliensi uero confuse ac præposterè adscripta. Tu ergo sic rectam lectionem restitue: ἄρα κμάζοντες δὲ τὸ κερτ' ὄφυντα κινδύω, ὠφελόντου θεβαϊκὰς βαλάνους ἐδίοντες, ἢ λελεασμύνας σὺν γάλακτι πίνοντες ἢ οἶνομέλι. Ex Dioscoride.

IN CAPVT XXXII.

A salamandra accepta cōsequitur linguæ inflammatio, & mentis impedimentum.) Græca exemplaria habent hic, λαλιὰς ἐμποδίσμος, id est loquelæ impedimentū. Verū quū non ita graue malum sit, sermo impeditus, uelut mens impedita, fieri potuit ut λαλιὰς uox supponeretur pro διανοίας uoce, quam Dioscor. & Nicander & Aëtius 13. cap. 52. habent, quos & nos sequuti, διανοίας ἐμποδίσμος hoc Pauli loco legimus.

λαλιὰς suppositū pro διανοίας

IN CAPVT XXXIII.

Eruca pini hausta, statim dolor circa os & palatum consequitur.) In græcis hic deest uerbum ἄρα κω λυθεί, quod adscribendum est ex Dioscoride.

IN CAPVT XXXIII.

Sapor similis piscibus uirosis.) In græcis falsò habetur γδύσις ὁμοία ἰχθύ & βρομάδης. Legendum enim ut Dioscor. habet, ἰχθύσι βρομάδεις. Quod uero mox conuerti. Sudorem excludunt graucolentem. Comitatur etiam uomitus biliosus, aliquando sanguine mixtus: In græcis mancum est. exciderunt enim aliquæ uoces, quæ restituendæ sunt ex Dioscoride hoc modo: ἰσθῶσι δὲ δυσώδης. ἄρα πέτοι δὲ αὐτὴς κερτ' ἐμετ' ἰχθῶδης, ἔνιοτε ἀμαλι μεμιγμένῳ. Et mox, daida etiam cyclamini radix, &c. in græcis legitur ὠδουκεδάνω ρίζαν. Sed cyclamini legendum esse ex Dioscor. lib. 2. de letalibus medicamentis cap. 8. constat, itemq; libro secundo de mate. med. cap. 150. ubi de cyclamini radice hæc uerba habet: πίνετω δὲ πῶς τὰ θανάσιμα μετ' οἶνον, μάλα καὶ πῶς λαγῶν θαλάσιον. Et rursus: Sed & caneros fluuiatiles solum in cibo admittunt: Græcè legitur, κερτ' κερκίνους τε ποταμίους μόνον ἐὰν ἀνέχονται πρὸς ἐνέγκασθαι, ut uidelicet repetatur uox ολόρου, & accipiamus dando esse caneros fluuiatiles si modo admittant. At non esse genuinam hanc sententiam, ex Dioscoride constat, qui dicit sic: Quum nullum piscem admittant, solos fluuiatiles caneros coctos edunt. Hanc autem sententiam etiam hic habebimus, si particula ἐὰν tollatur, & τε in δὲ cōmutetur, hoc modo, κερτ' κερκίνους δὲ ποταμίους μόνον ἀνέχονται πρὸς ἐνέγκασθαι.

ὠδουκεδάνω suppositum pro κύκλαμιν

IN CAPVT XXXV.

Ex multo uini meraci potu. Item radicis harundinis, &c.) Græca exemplaria falsò habent λαμκάνοντες ὑκράου πολὺ πῶμα. καλάμου ρίζης, &c. Legendum enim ex Dioscoride & Aëtio, λαμκάνοντες ἄκραου πολὺ, καὶ καλάμου ρίζης. Et mox pro σωματόμως legendum est σωτόμως.

ὑκράου pro ἄκραου suppositum

IN CAPVT XXXVI.

Eicit autē ipsas muria si sorbeat, & succus cyrenæicus, aut folia silphii, aut betæ cum aceto, aut nix cum posca pota.) Hæc partim desunt, partim corruptè leguntur in græcis exemplaribus. Restituantur ex Diosc. Galeno lib. 2. antid. & Aëtio, in hunc modum: ἄς ἐκβάλλει ἀλμυ κατὰ ῥόφου μύνη, καὶ ὁπὸς κυρλω αἰκὸς, ἢ φύλλα σιλφίως, ἢ τέτυλον σὺν ὄφει, ἢ χιῶν σὺν ὄφουκράτω πινομένη.

συντόμως suppositum pro συντόμως

Eas uerò quæ gutturi affixæ sunt extrahes, si in folium calidum ad collū usq; desidere iubeas, & aquam frigidam ore detinendam præbeas.) Hæc in Aldino exemplari sic leguntur: τὰς δὲ τῶν βρογῶν πρὸς φουέλας, ἐμβιβάλας εἰς ἐμβασίω δερμίνου ἀλδουρου, δὴ ὅστε ψυχρὸν τῶν σώματι διακρεατέρῳ ἐξελείσ. In hac lectione duæ uoces δερμίνου ἀλδουρου corruptæ, fecerunt ut etiam aliqui Dioscoridis interpretes ueram illius lectionem mutarent ac peruerterent, & lupinorum farinam iniiciendam esse conuerterent. Legendum itaq; est εἰς ἐμβασίω δερμίνω ἄρα τρεχίλω, uelut Aëtius expressè habet libro decimotertio cap. 56. Dioscor. tamē uoces ἄρα τρεχίλω non habet.

δερμίνου ἀλδουρου falsò suppositum

IN CAPVT XLIII.

Carpasi succus potus.) Græca exemplaria falsò habent ἐλκαρησίας ὁπὸς, pro ἐλκαρησίας ὁπὸς. Quid autem sit carpasi succus, & quòd aliud sit à carpesio siue carpesia, in commentarijs medicis docui, & expositione decimanona, in posteriorem librum Dioscoridis de letalibus medicamentis.

Carpasi succus Carpesium

176 6733

Aut resina terebinthina, aut nardi, aut castorii, aut silphij, singulorū obolus cum uino. Conueniunt etiam nucis regia, &c.) Græca sic legenda sunt ac distinguenda ex Aëtio & Dioscor. ἢ ῥητίνης θερμινθίνης, ἢ νάρδος, ἢ καστορέως, ἢ σιλφίης, ἐκείνης ὀβολός σὺν οἴνω. ἐρμόζουσι καὶ οἱ ῥ. βασιλικῆς κερύνας, &c. Quanquam ἢ pro ἢ habeat Aëtius, ut coniunctum illa accipienda esse intelligamus, quod etiam in Diosc. reddidi ac conuerti. Quod uerò sequitur ἢ ῥητίνης καὶ καστορέως, καὶ πηγῶν ἐκείνης L. α. ὁμοίως χαμελαίας L. β. Apud Diosc. corruptè legitur, ita ut duo medicamenta, hoc & præcedens in unum coaleuerint, quæ si quis se parare uelit, Paulum hic præuium habet. At apud Galen. lib. 2. antidot. Ex quatuor his, resina uidelicet, castorio, ruta & chamaelea una compositio paratur, ponderibus tamen auctis hoc modo: ῥητίνης ἢ π. χαμελαίας β. πωτῶν β. ἢ π. ῥ. καστορέως β. διαλύσας π. π. ζ. Sed hoc tamen cælare nolo, in græcis Galeni exemplaribus hæcenus lectum fuisse χαμελαίωντος καὶ χαμελαίας γ. id autem ex Diosc. ac Paulo à nobis mutatū esse, in χαμελαίας L. β. Videtur etiam interpres chamaeleonis uocis lectionē suspectam habuisse, aut aliud exemplar sequutus esse, uertit enim chamaepityos cochlearia tria. Sequitur mox, Aut Thapsiæ succi drach. II. cum aqua mulsa. Dioscorides tamen pro θαψίας uoce, ἀψινθίας habet. At de absinthij cre more antea mentionem fecit, ut hic de succo non uideatur repetiuisse. Et thapsiam legendum esse non dubitem, si drachmarum duarum pondus non nimium esset. Dioscorides enim lib. 4. expresse dicit, radicis thapsiæ obolos IIII. dari, succi obolos III. liquoris obolum I. Et Paulus ipse infra capite de cerussa thapsiæ aut scammonii obolos III. cum aqua mulsa exhibet. Proinde cautos esse conuenit talibus usuros, quæ quum profint aliàs, nimio usu lædere possunt: qualis est etiam Thapsia, quam infra cap. 64. Paulus etiam inter uenena recenset.

Dioscor. locus

Galen. locus

Thapsiæ succus

IN CAPVT LI.

Oportet autem post educationem ipsius, cum uino absinthite bibendum ipsis exhibere cinamomum, aut myrrham, aut nardum Celticam, quam alij saliuuncam uocauerunt.) Græcorum exemplarium lectio corrupta est hoc modo: δει ἢ μετὰ τὸ θέρεισθαι αὐτὸς ποτίσει μετ' οἴνου ἀψινθίας καὶ κινναμώμου, ἢ σμύρνης νερόν κελικία ἢ ῥητίνης ἢ σιλφίης ἐκείνης. Legendum autem est ex Dioscoride sic, δει δὲ μετὰ τὸ θέρεισθαι αὐτὸς ποτίσει μετ' οἴνου ἀψινθίας κινναμώμου, ἢ σμύρνης, ἢ νάρδος κελικίας, ἢ ῥητίνης ἢ σιλφίης ἐκείνης. Legitur tamen etiam in Diosc. falso σερίνῳ pro ἀλιόγγῳ. Quod autem nardus Celtica appelletur ἀλιόγγα id est saliuunca, testatur Diosc. lib. 1. cap. 7. Sed & Scribonius cap. 195. de pharica sic ait: Adiuuantur uero Lesi ab eo, Saliunca id est nardo syluestri quam plurima ex uino sepius data. Ex quibus locis etiam id indicatur, non Ciliciam sed Celticam nardum legendam esse: & neq; Isatin, neq; serinen eam appellari. Quanquam Nicander in Alexipharmacis Ciliciam nardum, ad pharicum probet.

Dioscor. locus

saliunca

Nardus celtica

Nardus cilicia

IN CAPVT LIIII.

Commodat ipsis & gallinarum sterces in posca potum.) Græca exemplaria habent ὠφέλει δὲ αὐτὸς καὶ ἀλεκθρίδιον ὠτὸ ἀφροδύμνα, καὶ τὸ ὄξυκράτω πινόμνα, id est commodant ipsis gallinarum oua cocta & in posca pota. At oua gallinarum huc non facere, sed ipsum gallinaceum sterces, ex Aëtio constat, qui lib. 13. cap. 73. Philagrius citat his uerbis. Ceterum Philagrius gallinaceum sterces album, inquit, exhibemus ex posca, aut aceto mulso, huius enim manifestum habemus experimentum, quod ad fungorum strangulationes auxilietur. In Dioscoride tamen item oua leguntur his uerbis: Βουβαὶ δὲ αὐτὸς ἀλεκθρίδιον ὠτὸ σὺν ὄξυκράτω πινόμνα. Non tamen putandum est Paulum falsam Diosc. lectionem sequutum transscripsisse, quasi qui ignorarit gallinaceum sterces ad fungos commodare. Nam & hoc nouit, & lib. 7. expresse docuit, domesticarum gallinarum sterces ex aceto mulso, aut aceto, aut uino mulso potum, facere ut strangulantes fungos renouant, qui illos in cibo acceperunt: & haud dubie etiam hoc loco rectè scripsit, sicut etiam legi debet hoc modo: ὠφέλει δὲ αὐτὸς καὶ ἀλεκθρίδιον ἀφροδύμνα τὸ ὄξυκράτω πινόμνου. Sed aliquis qui aut legere non posset, aut non intelligeret, ἀφροδύμνα uocem in ὠτὸ ἀφροδύμνα mutauit, & particula ὠτὸ adposita, πινόμνου ἢ uoce in πινόμνα transmutata, sententiam sibi placentem, sed falsam, & à re medica proposita alienam effinxit: id quod etiam alius in Dioscoride fecit, ubi tamen ὠτὸ simpliciter pro ἀφροδύμνα supposita, omnes interpretes decæperunt.

Gallinæ oua

Gallinaceum

sterces

ὠτὸ ἀφροδύμνα

supposita pro

ἀφροδύμνα

Et atramentum sutorium cum aceto.) Græcè legitur, καὶ χαλκὸς ἀνθὸς σὺν ὄξει, id est & æris flos cum aceto. Videtur autem legendum esse, uelut Diosc. habet, καὶ χαλκὸς ἀνθὸς σὺν ὄξει, sicut conuertimus. Et ob scripturæ uicinitatem sepe hic error committi solet, ut alterum pro altero

χαλκὸς ἀνθὸς sup

positū pro χαλ-

κων

καὶ

terro

tero supponatur, uelut etiam in commentarijs medicis ostendimus. Quod autem atramentum sutorium ad fungos acceptos commodet, Dioscorides lib. 5. dixit his uerbis: ἐμέτρως τε κινεῖ, καὶ μύκητας λαέσσει. Βοηθεῖ σὺν ὕδατι ποθόν. Habet tamen etiam Scribonius aris florem, pro atramento sutorio cap. 198. ad fungos. adiuuat & nitrum aceto dilutum & datum, eodemq; modo aris flos datus. Sed & hic locus indicio est Scribonium graecè scripsisse, & eius interpretem, χέλικουθου aris florem uertisse: de qua re multa in comment. medicis produxi, quorum paulò antè mentionem feci.

Scribonius Lar-  
gus graecè scri-  
psit

IN CAPVT LV.

Et rubi succus cum aceto.) Ita habet posterior editio, & Diosc. καὶ βάτῃς χυλὸς σὺν ὄξει, & fieri potest ut καὶ βατράχου uoces in Aldina cognita sint ac suppositae pro καὶ βάτῃς χυλὸς. Aëtius tamen ἀμάρανθου habet. Mox quod conuerti, fluida ac graueolentia per sedem reddi solèt, in graecis legitur καὶ πρὸς ὕδατι καὶ δυσώδῃ, id est stercoracea & graueolentia, sed Dioscorides ῥοώδῃ legit, quem sequi malui.

καὶ πρὸς ὕδατι suppo-  
suum pro ῥοώδῃ

IN CAPVT LVI.

Qui lac coagulatum sumpserunt, his aceruatim ingens suffocatio immi-  
net.) Graecè legitur ἐμπιτυαδὸν ἄβρῶν, sed distinguendae sunt uoces, & ἀβρῶν legendum, ue-  
lut conuerti. Quod autem dicit Paulus coagululum uelut antidotum exhiberi, aduersus lac coagulatum hau-  
stum, eius rationem reddit Aëtius lib. 13. cap. 75. Etenim coagululum inquit, recenti lacte iniectum, ipsum cogit & inspissat, id uero quod iam coactum est, ex natura sua dissoluit. Atq; hoc est quod etiam Diosco-  
rides dicit, καὶ ἰνῶς δὲ πᾶσα τὰ πρὸς αὐτὸν ἐμὴν τὰ διαλελυμένα, λύνει δὲ τὰ σπυγώδη. Ad  
idem etiam mox subdit exhibendum esse lixiuium pileatorum, id est eorum qui pileos faciunt, & appel-  
lat hoc κονίαν πῖλον ποιικλῶν, sicut etiam supra lib. 3. cap. 2. & infra lib. 7. cap. 17. in emplastro ex la-  
pide Asio, ὕδατος πῖλον ποιοῦν, id est aquam pileatoris siue pileatoriam idem uocat, hoc est eam aquam  
qua lane abluuntur, dum spissantur & ad pileos parantur. Eandem etiam hoc loco Dioscorides praescri-  
bit πῖλον ποιικλῶν κονίαν itidem appellans, magno omnium Dioscor. interpretum, & aliorum tor-  
mento, donec ex uetusti exemplaris lectione, non πῖλον ποιικλῶν per ἡ, sed πῖλον ποιικλῶν per ἰ  
scribendum esse compertum est. Sed de hac re pluribus in commentarijs medicis egimus.

Coaguli uires

Lixiuium pilea-  
torum  
κονία πῖλον  
ποιικλῶν  
Aqua pileatoris  
ὑδατος πῖλον ποιοῦν

IN CAPVT LVII.

Ex uini mulsi affiduo potu.) Graeca exemplaria habent ἕσπο ὕδρομέλιτος, id est a-  
que mulsae. Sed nos Dioscoridem & Aëtium sequuti uinum mulsam conuertimus, & procliue sicut οἶνο-  
μέλιτος uocem in ὕδρομέλιτος conuertere.

ὑδρομέλιτος suppo-  
suum pro οἶνο-  
μέλιτος

IN CAPVT LVIII.

Et oryganus aut thymus cum lixiuio, aut aceto, aut passo. Oportet autē  
& his maluae decoctum per clysterem infundere.) Graeca male distincta, & partim  
corrupta, ex Dioscor. & Aëtio sic emendata leges: καὶ ὀρίγανον ἢ θύμιον σὺν κονίαν, ἢ ὄξει, ἢ γλυ-  
κῆ. δὲ καὶ καὶ τὸ τὸς ἕσπο κλύζου πρὸς ἡμαλῆς ἀφελήματι.

IN CAPVT LXI.

In his conuenit post uomitum, hormini syluestris semen cum uino potū,  
myrrhae obol. III. absinthium, hyssopū, aut apij semē, aut piper, aut ligustri  
flos cum uino.) Hoc loco graeca pro ὀρίγανον habent falso θερμίνος. Deinde habent σμύρνης L.  
π. nos ex Aëtio & Nicandro fecimus obolos III. postea ἀψίνθιον & ὕσσωπον uoces, ex iisdem in ἁψίν-  
θιον & ὕσσωπον mutauimus. Et tandē κυπέρη ἀνθῶν ex Diosc. & Nicandro, in κυπέρη ἀνθῶν co-  
uertimus, nisi fallit nos Nicader qui κύπερος τε θλασῆαι νεανθεῖα dixit, ut eo uersus loco κυπέρη uox  
legi nō possit. De myrrhae enim pondere nimis aucto, & de alijs quae falso lecta cōmutauimus, dubiū nō  
legi nō possit. De myrrhae enim pondere nimis aucto, & de alijs quae falso lecta cōmutauimus, dubiū nō  
legi nō possit. De myrrhae enim pondere nimis aucto, & de alijs quae falso lecta cōmutauimus, dubiū nō  
legi nō possit.

Myrrhae pon-  
dus nimium

IN CAPVT LXIII.

Ex quorum numero est & syluestris ruta, & melanthium, & recētes pappi.  
Sunt autem flores spinæ, quæ cactos appellatur.) Hæc uerba in graecis exempla-  
ribus sic leguntur: ἡρὸς δὲ τὸ, τε ἀγροῦ πῖλον, καὶ τὸ μελίμβιον, καὶ οἱ νεαροὶ πᾶπποι. ἀν-  
θῶν δὲ ὄξυ ἀκάνθης πρὸς καλὸν μέλιτος κακτῶν. Et reliqua quidem recte habent, uerum qui sint recentes  
illi pappi, spinæ illius quæ cactos appellatur, Dioscoridis corrupta lectio ambiguum fecit, in quo pro  
πᾶπποι uoce, leguntur πᾶπποι, & pro κακτῶν habetur ἀξῶ, separata etiam à precedentibus πρὸς  
ἀξῶ tractatione, id quod etiam interpretes partim animaduerterunt, & Dioscoridis conuersionē Pau-  
lum sequuti expresserunt. Quæ igitur sit spinæ appellata cactos, & qui eius pappi, Theophr. lib. 6. de  
plantis tradit, cuius uerba quia in graecis codicibus manca & corrupta leguntur, integra adscribam: ἡ  
δὲ κακτῶν καλὸν μέλιτος, πρὸς σικελίαν μόνον, καὶ τῆν ἑλλάδα δὲ δὲ κῆσιον. ἰδίον δὲ πρὸς τὰ ἄλλα  
τὸ φύλον. ἀξῶσι γὰρ δὲ δὲ πρὸς κῆσιον καὶ καλὸν μέλιτος ὕδατος. τὸ δὲ φύλον ἐχῆ πᾶπποι καὶ  
ἀκάν-

Dioscor. locus

Cactos spinæ

Theophrasti lo-  
cus emendatus

ἐκκαυθῶδες. καλῶσι δὲ τῶν καυλῶν κάρκωσ. ἐδώδιμοι δὲ εἰσι ποδὶ λεπτοὶ μύλοι, μικρὸν ὑπό-  
 πικροί, καὶ θυσσαυρίζουσι αὐτῶν ἐν ἄλμυ. ἔτορον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀκίσιμον, ὃν καλῶσι πῆρε  
 νικε. γίνεται ἢ Ἐστὸ ἐδώδιμο, πλὴν ἀθισαυεῖσθ. τὸ δὲ ποδὶ κάρκωσ, ἢ ὡς τὸ ἀπὸ  
 μα, πλὴν μὲν μορφῶν ἀκαυθῶδες, ἀφαερθεῖντων δὲ τῶν παππῶδων περιματῶν, ἐδώδι-  
 μοι καὶ ἄσθ, καὶ ἐμπερὲς τῶν τοι φοίνικθ. ἐγκυφάλω. καλῶσι δὲ αὐτὸ σκαλίαν. In his uer-  
 bis quum tradat Theophrastus, lanuginosa femina auferenda esse, si quis ποδὶ κάρκωσ, quod fructum  
 Theodorus uertit, edere uelit, satis declaratur qui sint pappi siue lanugines spinæ casti, quos non negli-  
 gendos esse Paulus monet, ut qui aliquando pericula inducunt, etiamsi parum ledere uideantur. Cete-  
 rum Athenæus lib. 2. dipnosophistῶν, Theophrasti uerba relata citans, sententiā etiam suam addit, quid  
 de casto sentiat, nimirum caston illam esse Romanis dictam carduum, et eam adeo quæ κινάρα grecis  
 appelletur, et κάρδου ac κάρκωσ idem esse, duabus saltem literis immutatis. Verba eius hæc sunt: τίς  
 δὲ τῶ τοῖς ἔχι πειθόμενθ. παρῶν αὐ εἶποι, πλὴν κάρκωσ ἐν ταύτῃ πλὴν ὑπο βραμάων ἢ  
 καλδμύλῳ κάρδου, ὃ μακρὰν ὄντων ἐν σικελίᾳ, ποδὶ φανῶσ δὲ ὑπο τῶν ἐλλῶων κινά-  
 ραν ὀνομαζομένην. ἀλλὰ γὰρ διὸν γραμμάτων κάρδθ. καὶ κάρκθ. ταύτων αὐ εἶν.

ποδὶ κάρκωσ  
 Pappi  
 Caston esse  
 cardui int  
 κινάρα  
 Athenæi locus

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, DOLABELLARVM IN PAULUM Aeginetam, Liber VI.

IN CAPVT II. et III. et IIII.



VIDAM uero etiam ipso osse usto, squamam paruam excidere faciunt.) In grecis ἐκπίπσειν legitur falso pro ἐκπίπσειν, id est excidere. Sicut etiam sequenti cap. 3. μάλλον pro μόνου falso habetur, ubi conuerti, reliqua quidem similiter habet, tumor autem solum durior est. Nam μάλλον σκληροτέρθ, pro μόνου σκληροτέρθ. grecè legitur. Et mox linea sequenti quinta τοῦ ὑγρῶσ falso legitur pro τὸ ὑγρὸν. Sicut etiam capite quarto sequenti falso habetur τὸ τε ὄργανον ἐγγυησθ τὸ ὄσθον, pro ἐγκυρήσθ τῶσ ὄσθων. Sed hæc et alia minutiora ex nostra translatione cognosci poterant, nisi essent qui de omnibus rationem expetant, quod tamen est præter nostrum institutum.

IN CAPVT V.

Et si quidem tenue fuerit, hamulo cæco id extentum & obtortum, per totum penitus excidemus, ita ut etiam pars ipsius apprehendatur.) Hic locus in grecis exemplaribus sic legitur: καὶ εἰ μὲν λεπτόν εἶν, τῶν τυφλαγκίστρων ἄσθ αὐτὸ ἐν αὐτῆσ καὶ ποδὶ σφίλαινας ὑφ' ἐν ἐκτέμωμεν, ὡς καὶ μερθ. αὐτὸ λαβεῖν. Significat enim ὑφ' ἐν, idem quod διαπάξθ. Διαμπαξθ, quibus infra in hoc libro aliquoties utitur. Velut cap. 15. ubi itidē hanc circa uasa magna et tenuia distinctionem præscribit his uerbis: εἰ δὲ τι διαερθεῖν ἀγ, εἰ ὡς ἐπισηπίζοι τῶν ὄργων, βροχῶσ διαλάβωμεν αὐτὸ, ἢ διαπάξθ. ἀκτέμωμεν, εἰ μὴ μεγέλα εἶν. Διαπάξθ. penitus et per totum dixit, sicut hoc loco ὑφ' ἐν, eadem significatione. Vult enim parua uasa ita dissectari penitus et per totum transuersim, ut etiam pars ipsorum apprehensa simul excidatur. Atq; hæc est uera huius loci sententiā et lectio, nulla facta uerborum mutatione. Paulò post legendum est Γερκωλικῶσ φηγίσι, non φηγίσι. Sunt enim φηγία peculiaria medicamenta arida in puluillus detrita, de quibus lib. 7. cap. 13. agit.

ὑφ' ἐν  
 Διαπάξθ  
 Διαμπαξθ  
 φηγία

IN CAPVT VII.

In his periscyphismum, id est incisionem circum scyphium, id est caluariam adhibemus.) ποδὶ σκυφισμός. sectio nomen inde habet, quod ποδὶ τὸ σκύφιον fiat. Est autem σκύφιον calua siue caluaria. Sic Paulus supra lib. 3. cap. 22. ad impetuosam fluxionum ad oculos allationem: ὑπὲρ τὸ σκύφιον δὲ φηγία τασκεδύσις ὄσθ. Et mox, εἰ δὲ σφ. λάβῶσ ἢ ὑπο τὸ σκύφιον τὸ ὑγρὸν ὑπάρχου, et c. Et rursus, σημεῖα δὲ τῶν ἐφ' ὧσ τὸ σκυφίθ. ῥυμάτων. Et infra lib. 7. cap. 16. κολλᾶται δὲ τῶν μετώπων ἐφ' ὧσ ἔχ. ὑπο τὸ σκύφιον τὸ ὑγρὸν, ἀλλ' ἐφ' ὧσ ἔχ. At huius scyphij mentio admonet me loci cuiusdam Galeni, in quo σκυφῶνις uox suppositiua a pua Galeni nis nuper restituiimus. Quo uero ex hoc uno, de multis alijs à nobis restitutis, indicium quoddam siue diosif habeant, emendationis ac lectionis nostræ hic rationem aliquam reddemus. Locus est in anatomiacis aggressionibus lib. 6. non longè à fine, ubi ποδὶ δρῶντῆρθ, id est de urinario meatu uerba facit, quæ sic leg-

ποδὶ σκυφισμός  
 σκύφιον  
 σκυφῶνις uox  
 suppositiua a  
 pua Galeni

sic leguntur in grecis codicibus, ὄψι τὴν φύσιν τῶ κρετ' αὐτῶ πόρον λοξῶτε ἄμα κρηδύον-  
 τος εἰς αὐτῶν, ἐπιβλημὰ τε τι ἢ τὴν γῆδ' οὐ αὐτῶ χάραν ἔχοντ' τοῖς πυροῖσι ὡδὶ τ' πε-  
 ρισερεῶν οἱ κρηδύονοι σκυφῶνες. Quae uerba in latina translatione, tam saepe, à tam multis casti-  
 gata ac reuista, sic leguntur: meatus in ea naturam inspicias, qui obliquus simul ad ipsam pertinet, &  
 huiusmodi internæ ipsius regionis operculū sortitur, quale in columbarijs scyphones appellati. At quis  
 unquam tradidit, aut cui lectum est, quid sint in columbarijs σκυφῶνες? quorum similitudo aliqua  
 sit ad operculum illud urinarij meatus. Ego itaque primum quidem σκυφῶνες uocem falso suppositam  
 esse iudicauī. Deinde etiam πῶδισερεῶν uocem falsam & supposititiam esse censui. Nam si pro colum-  
 bario dicta esset, πῶδισερεῶν legi oportebat: Et neque sic tamen qui essent in columbarijs scypho-  
 nes satis constaret. Sed ut sint iam ambæ illæ uoces falsæ ac supposititiæ, nondum tamen satis hoc osten-  
 sum est, si non melior & recta lectio producat. Verum unde quis producat si non suppetant melio-  
 ra, & rectam lectionem habentia exemplaria? Mihi sanè illorum inopia, unius ingenij ope nitendum  
 fuit, cuius coniectura usus, & pro σκυφῶνες legendum censo σίφωνες, & pro πῶδισερεῶν legen-  
 dum sentio ἐμπρήσεων, ut hæc sit genuina Galeni uerborum lectio, quam tamen non diutius tolerari  
 uolo, ubi quis meliorem protulerit: ὄψι τὴν φύσιν τῶ κρετ' αὐτῶ πόρος, λοξῶτε ἄμα κρηδύ-  
 οντ' εἰς αὐτῶν, ἐπιβλημὰ τε τι ἢ τὴν γῆδ' οὐ αὐτῶ χάραν ἔχοντ' τοῖς πυροῖσι ὡδὶ  
 τ' ἐμπρήσεων οἱ κρηδύονοι σίφωνες. Latina autem translatio nostra, quam pro falsa reposui-  
 mus hæc est: Meatus in ea naturam inspicias, qui & obliquus simul ad ipsam pertinet, & huiusmodi  
 iuxta internam ipsius regionem operculum sortitur, quale in incendijs fusoria aquæ instrumenta, siphō-  
 nes appellati. Quod autem Siphones, quorum usus in incendijs ad aquam per ipsos hauriendam ac sun-  
 dendam existit, tale intus operculum habeant, quale hic Galenus urinario meatui attribuit, res & ex-  
 perientia ipsa docet.

Galenus locus

Siphones in incendiarij πῶδισερεῶν suppositum pro ἐμπρήσεων

σίφωνος operculum habent

IN CAPVT VIII.

Filo uero post subsecctionem extracto.) Græcè habetur, τὸ δὲ ῥάμμα ἔσθ-  
 ἔλλοντες μετὰ τὴν ἔσοπμιον. Sed legendū ἔσθλαβόντες, id est ubi extraxerimus. Paulò post  
 habetur τρισίην ἢ τέσσασι ἀφᾶς, sed legendum est ῥεφαῖς. Non enim ad spongiarum usum hæc  
 uerba referuntur, de quibus uerbum ἔκπροσγισαυτες quod præcedit usurpauit, sed ad labia uulneris  
 contrahenda, per tres aut quatuor futuras.

ὑποβάλλοντιε suppositum pro ἐπελάβοντιε ἀφᾶς suppositum pro ῥεφαῖς

Et ouis lacti ammixtis oculo iufusis mitigabimus.) Hæc uerba græci codicēs  
 sic habent, καὶ ὡς γάλακτι ἐγχύτω τὸν ὀφθαλμὸν πρᾶμυθισώμεθα, id est, & uelut lacte infu-  
 so oculum mitigabimus. At hic loquendi modus non uidetur ita aut Paulo, aut alijs medicis græcis fami-  
 liaris esse, sed potius huiusmodi, ut uerba transponantur hunc in modum, & ἐγχύτω τὸν ὀφθαλμὸν  
 πρᾶμυθισώμεθα, id est & quodam infuso siue infusili medicamento, uelut lacte, o-  
 culum mitigabimus. Quare suspecta est mihi uocem ὡς γάλακτι lectio, & nisi penitus fallor, legenda  
 est pro ipsa una illa uox ὡσγάλακτι, ut uelut etiam reddidi, ouis lacti ammixtis infusis oculum miti-  
 gandum esse accipiamus. Nam Galenus libro quarto τὸ πρῶς, lac muliebri, & subtenuem ouorum li-  
 quorem, & ad hæc scæni græci tum succum, tum decoctum ad oculorum dolores & inflammationes mi-  
 tigandas uehementer commendat. Proinde etiam Paulus lac & oua simul mixta adhiberi iussit, & ἐγ-  
 χύτω uoce adiecta declarauit ita mixturam ipsorum faciendam esse, ut infusile redditum ex ipsis medi-  
 camentum, commodè oculo infundi posset. Habetur autem uox ὡσγάλα, etiam libro tertio, capite 42.  
 in dysenterie cura.

ὡς γάλακτι suppositum pro ὡσγάλακτι

IN CAPVT IX.

Velut in rebus desperatis uisionem per medicamentum adhibemus.) In  
 græcis uerbum falsum ἔσορῆμιν legitur in Aldina editione, quod animaduertens Basiliensis corrector  
 ὄνπρῆμιν pro illo reposuit: sed neq; hoc legi potest, quum uerbum transitiuam significationem ὄν-  
 τῶν καὶ σιῶν habens requiratur, id autem haud dubiè est ἔσορῆμιν, id est administramus, adhibe-  
 mus. Quod uero mox pro ἀναρραφῆς, legendum sit ἀναρῆραφῆς, & pro αὐτῶ uoce, αὐτῶ, tum res  
 ipsa docet, tum ex translatione satis cognosci potest.

ὑπορῆμιν ὑπορῆμιν ὑπερῆμιν

IN CAPVT X.

Et hac aut sponte, &c.) Græcè legendum καὶ τῶν τῆς ἢ αὐτῶ ματῶς, &c. refertur enim  
 ad uocem ἔλῆς, ut respondeat etiam sequenti uoci γεγνημῆς. Mox quod reddidi, si sufficientem  
 crassitudinem palpebra habeat. Ipsam enim cicatricem diuidere oportet, &c. in græcis ex transpositio-  
 ne ac decessione paucarum literarum corruptum sic legitur, πᾶχ' ἰκανὸν ἔχον τὸ βλέφαρον. οὐ  
 δὲ γὰρ αὐτῶ τῶν οὐ λῶν. Legendum autem integrè sic, πᾶχ' ἰκανὸν ἔχοντ' τὸ βλέφα-  
 ρον. δὲ γὰρ αὐτῶ, &c.

728

IN CAPVT XL

Sed & reliquam curationem uelut &c.) Græca huius periodi uerba corrupta sunt, & deest uox una ποιητέου. Sic enim legendum est, καὶ τὴν ἄλλω δὲ θεραπείαν ὡς ἐπὶ ἀναρρή- φης ποιητέου, πλὴν τῶν ῥαυμάτων τὰς ὑπόρχαίς ἐν τῷ μετώπῳ καὶ αὐ. posuit tamen etiam sic legi, πλὴν τῶν ῥαυμάτων τὰς ὑπόρχαίς ἐν τῷ μετώπῳ καὶ αὐτιού.

IN CAPVT XII.

In hoc capite due uoces uitiatae totam sententiam corruperunt. Legitur enim ἰδου pro ἴσω, & ἰδου pro ἴξω: iuxta quorum uerborum lectionem integram repositam, conuersionem nostram fecimus.

IN CAPVT XIII.

Specilli bicipitis caput, aut auricularium specillum, aut tale quoddam tenue instrumentum igne candefactum adigunt loco.) In græcis hæc periodus duas uoces corruptas habet. Nam pro ἴξω τὸν οἶνον legendum est διπύργου: & pro ἴξωσι legendum πρὸς ἴξωσι hoc modo, διπύργου ἢ μὴλωτίδα ἢ τι τοῦ τρυλιπύου ὀργάνου περιπρω- μῆου πρὸς ἴξωσι τῷ τῶ. Ceterum de uarijs specillorū formis ac appellationibus multa in com- mentarijs medicis diximus.

IN CAPVT XX.

Per infusiones aquæ mulsæ, aut succi fœni græci cum melle.) Fœni græci succum cum melle, uel melli additum, τρυλόμελι appellat, nimirum ἀπὸ τῆλι & καὶ μέλιτ & mixtura, facta appellatione. Ad eundem modum etiam φαικόμελι uocat lenticulam melli ammixtam, sequenti cap. 22. & ibidem σιδῶτον appellat mel cui τὰ σιδῶα, id est malicorium ammixtum est.

IN CAPVT XXIIII.

Quemadmodum etiam aquam in aurem illapsam.) In græcis deest uox ὡσπερ uel similis alia. Legendum est enim ὡσπερ καὶ τὸ ἐμπέσθῃ ἢ τὴν ἀνωλὴν ὕδωρ, &c.

IN CAPVT XXV.

Filum mediocriter crassum uelut funiculus est.) Græcè legitur ἰδου σφίκαμα, id est quantus est funiculus, sed legi debet οἶου, id est qualis. Non enim ad longitudinem aut mensuram refertur, sed ad constrictionis modum, quo filum illud instar funiculi intortum esse debet, ea crassitudine ut nodi in ipso ligari possint: σφίκαμα enim ab adstringendo nomen habet, à uerbo σφίκαω, adstringo. Non autem refert quàm longum sit filum, sed quàm crasse intortum ac adstrictum, ut & nos dos recipere, & in nares immissum, per coliformes meatus ad palatum bicipiti specillo insertum trahi possit. Vocat autem specillum biceps διπύργου, uelut etiam cap. 13. dixi. Quare legendum est, ἐν ἴσω μὲν διπύργου τρῆματι, καὶ τὸ ἔσθῃον πῆρας τῶ διπύργου, &c. non ut exemplaria habent ἴξω τὸν οἶνον. Sed & coliformes meatus ἠθμοειδῆς πῆρας appellat, sicut paulò ante coliformia ossa ἠθμοειδῆ ὄσα. Verùm exemplaria falso ἰθμοειδῆ & ἰθμοειδῆς habent. Et alij item falso ἰθμοειδῆ legunt. Non enim ab isthmo, sed ab ἠθμῶ appellationem habent, quod per ipsa, uelut per colum, cerebri superfluitates ἀκιδέον του, id est excolantur.

IN CAPVT XXX.

Sic tonsillæ inflammatae, & ultrà modum auctæ, & uelut induratae.) Quod dixi & uelut induratae, græcè legitur, καὶ οἶον ἀπὸ ξυρῶθῶν τε, sed falso. debet enim legi καὶ οἶον ἀπὸ σκιρῶθῶν τε. Refertur enim ad præcedentes glandulas induratas, quas ἀδῆνας ἀπὸ σκιρῶθῶν τε dixi.

IN CAPVT XXXI.

Sæpe uero aut ob ægri timiditatem, aut ob sanguinis eruptionis formidinem, aut ob medicamenti præstantiam, ferrū recusantes.) Quod hoc loco conuer- ti, aut ob medicamēti præstantiam: in græcis est, ἢ ἴξω τὸ ξυρῶν τὸ φαρμάκον, id est aut ob medicamen- ti siccitatem. Sed suspecta est mihi uocis ξυρῶν lectio. Neq; enim uideo cur medicamenti siccitas ad ferrū recusandum inuitare debeat, quum id mox neq; ita liquidum esse uelit, ut defluat, neq; omnino durū, quo facile uua adherat: & idem quoq; potētia eò progressum sit, ut non siccitas, sed uis uistoria in ipso præ- dicari debeat. Atq; hanc etiam à Paulo nobis commendatam esse credo, ex eo quod subijcit, hoc medica- mentum in una hora uuam mortificare, ut hinc adeò ob medicamenti præstantiam ferrum sit recusandū, & non ob siccitatem. Et procliuē fuit à uoce κῦρ & non intellecta, ad uocē ξυρῶν aberrare. Quare nos ἢ ἴξω τὸ κῦρ & τὸ φαρμάκον legendum censentes, eorum uerborum sententiam reddidimus.

IN CAPVT XXXIIII.

Sed & prope sedem abscessus, ante perfectam concoctionem, crudos se- care iubet Hippocrates, timens ne in perforationem procedant.) In his que ad nos extant Hippocratis scriptis, que sanè nuper latinis hominibus ex nostra conuersione legenda edidi, hoc

ἰδου suppositum pro ἴσω  
ἰδου suppositum pro ἴξω

διπύργου

σφίκαμα  
φαικόμελι  
σιδῶτον μέλι

σφίκαμα

διπύργου

ἰθμοειδῆ ὄσα  
ἰθμοειδῆ πῆρας

ξυρῶν suppo-  
situm pro κῦρ

Hippoc. locus

hoc

hoc præceptum nondum reperi, alioqui facile esset illinc, locum hunc corruptū restituere. Nam in codicibus impressis legitur, ἰγ τὰ πλῆσιον δὲ τῶ δακτύλῳ ἀρσενίατα. Quod autem de digitorū abscessibus non loquatur, colligi ex eo potest, quod antea de articularum abscessibus dixit, in quibus etiam digitorum abscessus comprehendit. Quare pro δακτύλῳ uoce, legendum esse uidetur δακτύλῳ, ut de sedis abscessibus ipsum loqui accipiamus, in quibus ante perfectam maturitatem, adhuc crudis, sectio nem ex Hippocrate probat, ne uidelicet in perforationem procedant. Sic enim legendum est, τὸ εἰς δακτύλου ἕως εὐδὲ μὲν φόβου, et non ut codices habent, τὸ εἰς δακτύλου ἕως εὐδὲ μὲν φόβου. Nam quum loci circa sedem humidi sint, et larga caliditate præditi, uidentur in ipsis plura corpuscula facile putrefieri, unde perforationes et fistulas sequi procliue est, ut ea propter crudos abscessus secare in illis locis melius sit.

δακτύλος suppositum pro δακτύλῳ

Abscessus sedis

IN CAPVT XXXVI.

In hoc capite quædam uoces falso leguntur: quarum nos rectam et integram lectionem conuertimus, et tamen semel hic indicium faciemus. Primum itaque φλεγματώδῃ falso legitur pro φλεγμονώδῃ, id est pituitosa pro inflammata. Deinde ἐν δὴ legitur pro οἰκείῳ. Et mox pro σεριωτῶσαν, siue σεβῶτῶσαν, quod in Aldino codice legitur, alij legunt σφωτῶσαν. Sed ego Aldinum codicem sequentus sum. Nam et Aëtius 15. cap. 8. Steatomata basim amplio rem habere dicit. Paulò post χλιαρόν falso habetur pro χαλαρόν. Et mox tota periodus partim redundans, partim manca, sic integrè legitur, παραφυλατῆσιν μόνον τὸ, τε τρῶσαι τὸν ὑμῖνα, εἰς τὸ, τὸ ποδὶ χέμενον ὑγρὸν πῦρ χυθῆν παραποδίζην τῆ χειρουργία, εἰ τὸ μέγῃ αὐτὸ καταλιπέμ, ὅ, τι παλιγγυμῖαις τὰ πολλὰ ἢ τὸν κερπυς καὶ σφυρὰ καὶ τὰ κινούμενα κατ' ἀρδρον, αἰτία γίνετῃ.

φλεγματώδῃ suppositum pro φλεγμονώδῃ

χλιαρόν suppositum pro χαλαρόν

IN CAPVT XXXVII.

Et Galenus de ipsa dicit.) Quandoquidem hic Galeni uerba se producere dicit, et postquam ea recensuit, ad finem hæc uerba subijcit. Hæc Galenus: ex hoc sequi uidetur, omnino eadem uerba Paulum ex Galeno transcripsisse, et nihil omisisse eorum quæ hoc loco Galenus habet: id quod alioqui facere solet, ubi non citato autore, quædam pro suo modo sibi accommodans transsumit. Est autem hic locus in libro Galeni de tumoribus præter naturam. Et quia in Paulo corruptus habetur, et nec penitus integer in Galeno, rectam lectionem hic adscribam, quam et in Paulo conuertit, et in Galeni editione à me facta restitui, ἀρτηρίας ἀνασομβείσης τὸ πάθος ἀνύρυσμα καλεῖται. γίνεται ἢ καὶ τρωθείσης, ἐπὶ εὐδὲ αὐτὸ οὐλλῶ μὲν ἀείκηται τὸ ὑπὲρ κέμενον αὐτῆ δέρμα, μέινη δὲ τὸ εἰς ἀρτηρίας ἔλκεθ, μήτε συμφυείσης, μήτε σιμουλαδείσης, μήτε ἀρκί φραχθείσης. διαγινώσκειται δὲ τὰ τοιαῦτα παθήματα τῶ σφυγμῶ τῆ ἀρτηρίῳ, ἀλλὰ καὶ θλιβομένων ἀφανίζεται πῶς ὁ ὄγκος, παλινδρομούσης εἰς τὰς ἀρτηρίας εἰ ἐργαζομένης αὐτὸν οὐσίαις.

Galenus locutus ἀνύρυσμα

Vbi prius intermediam arteriæ partem scapello punxerimus, & quod continetur in ea euacuauerimus, &c.) Horum uerborum lectio in grecis codicibus uitiata est in hunc modum: νύξαντες πρότερον φλεβοτόμῳ μεταξὺ τῆ ἀρτηρίας, καὶ ἐνώσαντες τὸν ποδὶ χέμενον. In his uerbis deest articulus τὸ, ante μεταξὺ, et pro ἐνώσαντες τὸν, legendum κενώσαντες τὸ, in hunc modum, νύξαντες πρότερον φλεβοτόμῳ τὸ μεταξὺ τῆ ἀρτηρίας, καὶ κενώσαντες τὸ ποδὶ χέμενον.

ἐνώσαντες suppositum pro κενώσαντες

IN CAPVT XXXVIII.

In hoc capite ἀνύρυσματώδῃ bis legitur falso, pro ἀνδρυσματώδῃ. Et mox quod legitur σημειωσώμεθα ἕτω καὶ τὰ ἀνδρυσματα, legendum σημειωσώμεθα ἕτως ὡς καὶ τὰ ἀνδρυσματα. Et rursus pro ἕξ ὅπως δὲ τὸν ποδὶ τράχηλον, legendum est, ἕξ ὅπως δὲ τῶ ποδὶ τὸν τράχηλον, et cætera.

IN CAPVT XL.

Velut in sanguinis ex naribus, aut aliunde eruptione, quum non redundantia est quæ profluit, etiam ex oppositis reuulsorio modo euacuamus.) Hoc loco in grecis duæ particule corruptæ, sententiam totam obscurarunt, imò penitus alienâ inuexerunt. Falso enim legitur, ὅτι pro ὅτι, et κενώω pro κενῶμεν, ut ita græca lectio habeat: ὅσπορ ὡς εἰ ἐκ τῶν ἢ ἀλλοθεν ἀμορραγίας, ὅτι μὴ πλῆθῃ εἰν ῥέδῃα, καὶ κενῶμεν ἀνίσσασιν κῶς ἐκ τῶ ἀνίσσασιν.

ὅτι suppositum pro ὅτι

IN CAPVT XLI.

Et nihil amplius influit parti, & opus fuerit aliquid mouere, &c.) Græcorū uerborum lectio male distincta, et transposita, sententiam alienam inuexit, leges ergo sic, καὶ μηκέτι ὑπὲρ εἰς μεθῆν τῶ μορίῳ, καὶ χεῖρα γίνεται κινήσασιν, et c.



IN CAPVT XLII.

Ita ut ex cauterio, quod in aduersam partem pertrudi potest, per unam aggressionem duæ crustæ fiant.) Græcè hic locus sic habet: ἀρχὴ δὲ τὸ καυτηρίου ἀντιπρωσίου ἢ μίαν ὑδίοβωλον δύο ἐχάρας γυῖδα. Et mihi quidem uidetur uox ἢ deesse, uel similis aliqua, ante τὸ καυτηρίου. Deinde uox ἀντιπρωσίου falso legi. Non enim per reflectionem & retractionem eius, duas crustas inuri uult, sed per unam cauterij impulsione, per cutem distentione geminam duas crustas inducere, ita ut in aduersam cutis partē penetrans pertrudatur. Quare uocem ἀντιπρωσίου hic legendum puto, pro qua facile fuit alteram ob similitudinem supponere: ut totus locus sic legatur: ἀρχὴ οὐ κατὰ τὸ καυτηρίου ἀντιπρωσίου κατὰ τὴν μίαν ὑδίοβωλον δύο ἐχάρας γυῖδα. Verum hic locus diffusus & clarius tractatur ab Hippocrate, in libro πρὸ ἀρθρῶν.

ἀντιπρωσίου

ἀντιπρωσίου

IN CAPVT XLIIII.

Oportet igitur aristolochiæ longæ radicem oleo imbutam, ipsis per ignita cauteria uctis, in crustas indere.) Hoc loco in græcis exemplaribus impressis sic legitur: αἰὲ οὖν ἢ μακρᾶς ἀριστολοχίας τὴν ῥίζαν ἐλαίῳ δειύσαντας ἔντιθῆναι ἀποὶς πεπυρακτωμένων τῶν ὀχέρας. Quæ uerba quia palam uidentur esse corrupta, mirifice hætenus multos torserunt, alijs aristolochiæ longæ radicem, uelut penitus alienam reprobantibus: alijs nescio quem utendi eius modum exponentibus: Et nos quoque meliorum codicum inopia, ingenij coniecturis usi, lectionem rectam ac integram nos assequutos esse arbitramur, quam paucis mutatis & repositis uoculis, hanc esse credimus, ipsamq; ut genuinam etiam latinè expressimus: αἰὲ οὖν ἢ μακρᾶς ἀριστολοχίας τὴν ῥίζαν ἐλαίῳ δειύσαντας ἔντιθῆναι καυθεῖσι τοῖς πεπυρακτωμένοις καυτηρίοις εἰς τῶν ὀχέρας. Non tamen grauatim cedemus meliori sententiæ. Videtur autem aristolochiæ longæ radicem oleo imbutam, in crustas propterea indere, ut & iniustas crustas mitiget oleum, & ipsa radix sua tenuium partium facultate, quam simul extersoriam habet, pus attractum extergeat. Non enim crustas ita inuri uult, ut penitus penetrent: Nam qui sic inurunt, statim mortem inducunt, ut paulò inferius ait: sed mediocriter latas, easq; neque ualdè in superficie consistentes, neque rursus nimium profundas, uelut Aëtius ait libro octauo capite quinquagesimo septimo nostræ translationis. Quo loco eadem omnia ferè ad uerbum habentur, quæ hic Paulus de suppuratorum uisione tradit: nisi quòd illic aristolochiæ non meminit, & adhuc alias duas inter octauam & nonam costam, utrinque unam inurere iubet, quæ uerba fortassis in Paulo exciderunt. In has itaque crustas aristolochiæ radicem indendam esse credo, ita ut in eum modum confecta sit, quo commode crustæ inferi possit.

Aristolochiæ longæ usus

IN CAPVT XLV.

In Galeni loco quem citat, exemplaria græca falso habent ἀρφαίμω pro ἀρφαίμω, quod recte legitur apud Galenum lib. 14. methodi.

IN CAPVT XLVIII.

At uero Marcellus tridente, aut cauterio tridentis formam habente uctens, una aggressionem sex crustas inurebat.) Postrema huius periodi uerba corruptè leguntur in græcis: τῆ μίᾳ πρὸσβολῆ τῶν ἐχάρας εἰρηάρεται. Deest enim numerus inducendarum crustarum, atque is non ternarius, uelut aliquibus uisum est, sed senarius. per tridentem enim Marcellus sex crustas inurebat una uice, tres per cutem, tres in splenem. Sicut per simplex cauterium duæ crustæ inducuntur, una in cutem, altera in splenem. Sic ergo legendum est uelut etiam conuertimus, τῆ μίᾳ πρὸσβολῆ τῶν ἑξ ὀχέρας εἰρηάρεται.

Tridentale cauterium

IN CAPVT LI.

Si uero sanguis, ad prædicta signa, tumor etiam liuidior fuerit, carne uero subter enata, durior & renitens erit tumor.) Horum uerborum lectio in græcis codicibus corrupta est. Nam αἷμα legitur pro αἵμα, & mox αἰρῶς τε ἄπο τροφῆς legitur pro αἰρῶς δὲ ἄπο τροφῆς. Atque sic de sanguine & carne diuersa distinctio, in unam coaluit sententiam, quam præcedentium uerborum sententia indicat sic distinguendam ac legendam esse: εἰ δὲ αἷμα, πρὸς τοῖς εἰρημνῶσι σημεῖοις καὶ περὶ δὲ νότον & ὀγκον. Αἰρῶς δὲ ἄπο τροφῆς, σκληρότερον καὶ ἀντίτυπον & ὀγκον ἔσται.

χιασμός Decussatio

Iuxta chiasmum, hoc est ad literæ græcæ χ figuram.) χιασμός appellatur græcis eadem ratione, qua Decussatio latinis, quum duæ lineæ obliquæ in decussis per medium se secantes ducuntur. Et χιασμός quidem uocatur, quòd literam græcam χῖ figura eius representet. Decussatio uero quòd denarij numeri nota litera latina X. eandem figuram referat. Meminit uocis rursus Paulus

sus Paulus

si Paulus infra capite sexagesimo quinto. sed loco corrupto, uelut isthic indicabimus: & rursus capite 107. & capite 66. χιο εδ' η' ἐπί δεσμου, uocat deligationem quæ ad literæ χ. figuram obducitur, quam decussatam conuertit.

χιο εδ' η' ἐπί δεσμου  
Decussata de  
ligatio

IN CAPVT LII.

Hoc totum caput miris modis corruptum est. defunt enim multa, quæ non ultrò relicta sunt à Paulo, sed ad explendam sententiam necessaria existunt, & exscribentem sefellerunt, aut exciderunt. Sumpsit autem hæc Paulus ex sexto libro Galenicæ methodi, ex quo loco Pauli lectio restituenda est, quod quomodo facere oporteat, particulatim indicare non est necesse, sed totus locus ad Galeni præscriptum corrigendus est. Nam & nos Galeni lectionem sequuti, totum hoc caput inde expressimus.

IN CAPVT LIII.

In huius cap. sine, duæ uoces ἐρεϊδου Βέλαου corruptæ, totam sententiã uitiant, quæ integra est, si pro illis ἀερεϊδου Βέλαου legatur.

ἐελαου pro  
ἐάου

IN CAPVT LV.

Quod affectio retrò abducti præputij, ut glandi amplius induci non possit, πρῶτα ὀμωσις appellatur, & non πρῶτα ὀμωσις, uelut exemplaria græca habent, in commentarijs medicis declarauit. Opponitur enim τῆ ὀμωσις, quæ affectio est præputij ita glandi inducti, ut rursus detrahi non possit. Recondat etiam mox in hoc capite uox ἀπιου, quæ exprungenda est, ubi in græcis habetur, εἰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον εἶδ' ἢ τὴ ὀμωσις ἀπιου γίνοιτο. Paulò post ubi conuertit, Osculum igitur interne in ipso partis diuidemus. Ita enim contractione ex cicatrice oborta exoluta, præputium abducemus: in græcis deest articulus τῶ, & ἐπί ξωμῶν falso legitur pro ἀπέξωμῶν. Mox ἀλλῶα falso habetur pro σωλῶα. & rursus pro τὸ ἀνοιγμα ὁ ἀλλῶα, legendum τὸ ἀνοιγμα ὁ σωλῶα. Et mox ὡσπερ λιπόδερου, legendum ὡσπερ οἱ λιπόδεροι.

πρῶτα ὀμωσις

ὀμωσις

ἀλλῶα suppositū pro σωλῶα

IN CAPVT LX.

Per totum autem curationis tempus, scœmora simul uincire oportet, quo auxilijs adhibitis inseruiant.) Hic locus in Aldina editione sic legitur, πρῶτον δὲ τὸν ἐλθερεπείας κερῶν οὖν μηρὸς ἀμα χεῖρα διαγκεῖν, πρὸς τὸ τοῖς βουθῆμασι ὑπερεμεῖν. In hac lectione duæ uoces corruptæ sunt, διαγκεῖν, & ὑπερεμεῖν. Et pro διαγκεῖν quidem, legitur δεσμεῖν in Basiliense exemplari, quam lectionem etiam nos sequuti sumus, sed tamen ut etiam δεσμεῖν uocem non genuinam huius loci esse putemus. Sunt enim scœmora deliganda haud dubiè, sed latioris significationis uoce, & hoc & alia indicasse mihi uidetur, nimirum uoce διακεῖν, quam pro διαγκεῖν reponendam esse credo, & accipiendum, scœmora simul ita disposita esse oportere, ut adhibitis auxilijs inseruiant. At uerò pro ὑπερεμεῖν, legendum esse ὑπερετεῖν, non dubitandum esse puto. Nam ἡρεμεῖν, aut etiam ὑπερεμεῖν, uerbum absolutum est, nec datiuus τοῖς βουθῆμασι conuenit: quos casus uerbum ὑπερετεῖν exigit. Mox post hunc locum, ubi legitur κἀπειτὰ δὲ λωμῶν κέρτω τὸν λίθου, pro λίθου legendum est κωλῶν. Et ut sic legatur omnino necesse est, ad sententiam rectam obtinendam. Verum siue δεσμεῖν, siue διακεῖν legas, & siue ὑπερετεῖν, siue ὑπερεμεῖν recipias, sententiam non ita multò diuersam habes. Potest enim in uerbo ὑπερεμεῖν, præpositio ὑπὸ, ad datiuos τοῖς βουθῆμασι referri.

διαγκεῖν suppositum pro δεσμεῖν aut διακεῖν

ὑπερετεῖν suppositum pro ὑπερεμεῖν

λίθου suppositū pro κωλῶν

IN CAPVT LXI.

Rubicunda tunica est natura neruosa.) In græcis legitur ἐλικο εἰδ' ἡς τε ὄτι χιτῶν νόσῳ δ' ἡς τῆ φύσει, sed falso. Nulla est enim testiu tunica, ἐλικο εἰδ' ἡς appellata. Verum uasa seminaria, de quibus paulò ante dixit, ἐλικο εἰδ' ἡς, id est pampinoformiter ad testes feruntur, atq; hinc nitiū falsæ appellationis processit. Debet autem legi hoc modo, ἐρυθρῆ εἰδ' ἡς δὲ ὄτι χιτῶν, &c.

ἐλικο εἰδ' ἡς  
ἐλικο εἰδ' ἡς  
ἐρυθρῆ εἰδ' ἡς  
χιτῶν

IN CAPVT LXII.

In hoc capite multa leuiter corrupta facile emendari possunt, uel ex ipsa nostra translatione, aut etiam sine ea, uelut est ὑπῆριον ὑπὸ βέτρου, ὑπὲρ βέλλοντες, &c. pro ὑπῆριον ὑπὸ βέτρου ὑπεβέλλοντες: & mox κἀβόντες pro καθεδόντες: & quod deest ἢ/ nox ante uerba, τὰ πρὸς βεβῶνας μέρη, &c. & quadam alia. Verum unus locus est qui haftenus omnes sefellit, ubi legitur, τὸν λεμνίσκου δὲ τὴ γύρεως ἀλλάττοντα. Quid enim hic γύρεως, id est pollen facit? aut quomodo lemnicus per pollinem alterandus aut permutandus est? paulò ante simpliciter, lemnicum trajicimus dixit, paulò post dicit simpliciter, lemnicum auferre oportet, quid ergo hic per pollinem alterandum esse dicit? Unica uox γύρεως corrupta totam sententiam uitiat, pro qua ratione & coniectura ducti λύσεως uocem legendam esse haud dubitamus. Quod ut clarius fiat, totum locum adscribemus, qui sic habet: ὑπὲρ βέλλοντες δὲ ἐλαίῳ θερμῷ ἔχει τὴ τρίτης ἡμέρας, μεθ' ἧν λύσαντα δὲ εἰ μὲν τὸ πρῶτον τῆ τετραφραμακῶ ἐμμοτῶ χηρῶν, τὸν λεμνίσκου δὲ τὴ γύρεως ἀλλάττοντα.

γύρεως suppositū pro λύσεως

*Cauteria μαχαίρωται*  
 ὄντα, id est, ita ut lemniscum in solutione permutemus, hoc est priore exempto, alium indamus. Sed et mox ubi de grammatis et cultratis cauterijs loquitur, corrupta est lectio, et legitur, καὶ μαχαίρωται ὡς δὲ δύο, pro καὶ μαχαίρωτους δύο, et mox, ἔσθ' μαχαίρωται ἔσθ' τὸ τὸς καυτηῖται, falso habetur, pro ἔσθ' μαχαίρωται καυτηῖται τὸ τὸς, etc. Et rursus ἔσθ' μαχαίρωται ἔσθ' καυτηῖται, pro ἔσθ' μαχαίρωται, etc.

IN CAPVT LXV.

*τιτάρτω suppositum pro ἰνδῶ τάρτω*  
 Deinde rursus hamulis infixis in intima cute.) Hoc loco exemplaria græca habent, ἦν ἔσθ' τετάρτω δερματι, id est in quarta cute, sed uidetur legendum esse, ἦν ἔσθ' ἦν δ' ὀτάτω δερματι, hoc est uelut conuerti, in intima cute. At paulò post, ubi sic conuerti, atq; his ex utraq; parte uicissim iuxta chiasmum, id est literæ græcæ χ· figuram implicatis, membranam uehementer constringimus, et rursus obuolutis principijs generose constringimus, ut nullum ex nutrientibus uasis, alimentum suppeditare possit: græca exemplaria corrupta sunt in hunc modum: καὶ τὰν τὰς κατέχει δερμὸν ἀντεμπίξαντας δὲ ἀμφοτέρω τῶν ποδῶν τοῦ ναοῦ ἰσχυρῶς ἀρσενίω μὲν καὶ πάλιν τὰς ἀρχὰς ποδῶν ἐλίσσαντας ὑπὸ σφίγγαντας μὲν γυμναίως, μηδὲν τῶν προφόντων ἀγγείων ἐπιχωρηγῆν δυνάσθαι. In his uerbis primū κατέχειν δερμὸν falso legitur, et ob scriptio- nis quandam similitudinem suppositum est, pro ἦν χιασμῶν, id est iuxta chiasmum. Quid autem sit chiasmus, huius libri cap. 51. dixi. Deinde pro ὑπὸ σφίγγαντας μὲν γυμναίως, μηδὲν, etc. legendū est, ὑπὸ σφίγγαντας γυμναίως, ὡς μηδ' ἦν, etc. Atque hæc est genuina huius loci lectio, ac sententia ea quam expressimus.

IN CAPVT LXVI.

*πυρρὸν μήλας*  
 In hoc capite exigua quædam non satis animaduersa obrepserunt: uelut est quod πυρρὸν ἢ σμήλας legitur, pro πυρρὸν μήλας: et rursus τὸ εἶ πυρρὸν σμήλας, pro τὸ πυρρὸν ἢ μήλας. Vult enim per specilli nucleum siue caput et auersam partem, non per aduersam et acutam, membranā ab dominis deprimi, non scindi, atq; ita eminentes ab utraq; specilli parte membranæ partes futuris inter se coniungi. Et mox pro τῶν ἰσθ' ἀνθρώπων, legendum est γινέσθω ἔσθ' ἀνθρώπων. Et quedā alia non magni momenti. Verum quod legitur ἔσθ' σμείω πτελέκτου, pro ἔσθ' σμείω πτεσεκτέου, multos hactenus fecellit, ut sententiam penitus alienam hoc loco exprimerent. Vult enim uestigio fieri in his qui moderatum habitum habent, ea profunditate ut pinguedo attingatur. Et hanc notam solum in his obseruari uult, non in macilentis, neq; contra in crassis ac pinguioribus, in quibus utriq; hæc non est obseruanda, ut quæ fallat.

IN CAPVT LXXII.

*φύσις suppositū pro σύμφυσις*  
 Et aut ex concretione, aut propter obturationem.) Græcè legitur, ἔσθ' ἦν ἦν φύσις, ἢ δὲ ἐμφραξις. Sed pro φύσις, legendum esse σύμφυσις ex sequentibus declaratur, ubi de concretione sola loquitur, et σύμφυσις uocem usurpat. Et mox, Si uero obturatio, hamulis infixis, etc. In græcis habetur, εἰ δὲ διὰ τὰς, falso. Nam legendum esse, εἰ δὲ διὰ φραξις, ex superioribus patet, et ea distinctione qua dixi, ἦν ἦν σύμφυσις, ἢ δὲ ἐμφραξις.

IN CAPVT LXXIII.

*λελιπασμένον suppositum pro λελεπισμένον*  
 Sinistram manum contractam, cum robustis ac constrictis digitis pinguefaciam, in uteri osculum demittito.) Græcè sic, τὴν δὴ ὄνυμον χεῖρα σωηγμένον μετ' ὀρέων δακτύλων λελεπισμένον καθίγει πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρας. Quam autem hæc uerba nullam sententiam huc commodam exhibeant, uidetur pro σωηγμένον legendū esse σωηγμένον, et pro λελεπισμένον legendum λελιπασμένον, ut sit ea sententia quam expressi. Vult enim manum ita contrahi, ut oleum in ipsa robuste compressis digitis contineri possit, et in tergi osculo dilatato per ipsam infundi: non solum ita ipsam pinguefieri uolens, ut ob lubricitatem uestitionis, commodius osculo inferi possit. Sed et paulò post λελεπισμένον falso legitur pro λελιπασμένον. Ita etiam cap. sequenti 75.

IN CAPVT LXXV.

*λελιπασμένον suppositum pro λελεπισμένον*  
 Et eodem modo facta diuisione, ea quæ continentur euacuentur.) In græcis deest uox κρηοῦ, et articulus τὰ. Sic enim legendum est, καὶ ἦν τὸν αὐτὸν τρόπον διακρῶνται κρηοῦ τὰ ποδῶν χόμια. Et paulò post ubi conuerti: Deinde unco uno atq; altero infixo attracto. Si uero conclusum sit uteri osculum ob inflammationem, nulla uis inferatur: in græcis rursus due uoces desunt, ἀπασσῶσαι, et μεμυκῶτας δὲ: atq; hæc ratio ipsa sententiæ exigit. Sic ergo locus totus legendus est, ἐπειτὰ ἐμβρυλὸν ἦν, ἢ δὲ τὸν κατὰ πείραντα ὑπὸ ἀσπῶσαι. μεμυκῶτας δὲ φλεγμονῶν τὸ στόμα, καὶ βιάσθαι, etc.

IN CAPVT LXXV.

Et ipsa secunda ab utero exoluta.) Græcè legitur, καὶ αὐτὸ τὸ χορὸν ἀπὸ λελεπισμένον

ιδεε, id est et ipsa secunda relicta, sed falso. Legendum enim est ἀπὸ λευμῶν, id est exoluta, ἢ μὴ  
πρῶτος scilicet: nā ea uox præcedit, et ad ipsam relatio facienda est: et opponitur uoci πρῶτος,  
id est adhærens, quæ paulo post subiungitur.

ἀπολλοειμένου  
suppositum pro  
ἀπολλομύνη

IN CAPVT LXXVI.

Sic igitur Hippocrates ait.) Locus est apud Hippoc. s. particule aphor. ultimo. At uero  
quod conuertit, paululum supra externum talum, in græcis est, ἀνωτέρω τοῦ ἐκτὸς ἀσπράγᾶτος. Et ex  
hoc loco ostenditur etiam græcos ἀσπράγᾶτος et σφυρῶν uoces inter se confundere, quum Paulus hic  
ἀσπράγᾶτος τὸ ἐκτὸς, aperte dicat τὸ σφυρῶν, id est malleolum appellatum. Vocantur enim σφυρῶν  
malleoli, in æ ab utroq; latere tibie suræq; partes. Sub his uero utrinq; talus continetur, ac undiquaque  
tegitur, ut tangi non possit. Errant autem multi, inquit Galenus in libro de ossibus, qui malleolos talos  
appellant. Ex quo loco apparet etiam Galeni seculo ἀσπράγᾶτος appellasse quosdam τὰ σφυρῶν. Id  
quod etiam ex secundo comment. ἐστὶ τὸ κῆτ' ἰατρῶν cognoscitur, ubi ait, ἢ μὲν τῶν κυρτῶν πε-  
ρᾶτων πρόνυς τε καὶ κνήμης, ἢ κακῶς γυνοὶ καλῶσι ἀσπράγᾶτος. Quare minus mirandum  
est de latinis scriptoribus, quod malleolos talos dixerunt, aut propter uicinum partium situm uocabula  
confundentes, aut græcos in hoc imitantes. Sic dixit Horatius: Quarum subsuta talos tegat instita ue-  
ste. Et rursus: Ad talos sola demissa. Et Cicero, Purpura usq; ad talos demissa. Et Plinius sæpe. Et recen-  
tiores pleriq; omnes. Qui quum et græcos, et latinis ueteres in hoc sequantur, si non hinc laudem, cer-  
te ueniam, minime uero reprehensionem merentur.

ἀσπράγᾶτος  
σφυρῶν inter se  
confunduntur  
σφυρῶν malleoli  
ἀσπράγᾶτος talos

Malleolos appel-  
lant talos latini

IN CAPVT LXXVII.

In hoc capite rursus, uelut antea sæpe, διαπυρῶν legitur pro διπυρῶν. Et satis sit iam ali-  
quoties id ostendisse, ubi unum adhuc locum mox à priore illo sequentē, adscripserimus, in quo τῆς δὲ  
τοῦ πυρῶν σημασία legitur, pro τῆς διπυρῶν σημασία, et mox καὶ ἀντιπρὸς κλύσαν-  
τες. Sic autem locus integrè legendus est, ἐφ' ὧν δὲ δύο ἢ πλεονα σύμια εἰσι, τῆς διπυρῶν ση-  
μασία ἐστὶν καὶ τοῦ πυρῶν, κλύσαντες τὸν τόπον, et c.

διπυρῶν  
καὶ ἀντιπρὸς  
suppositū pro κλύ-  
σαντες

Siue ad secundam laminam usq; solummodo, siue usq; ad medullam fue-  
rit affectum.) Græce sic legitur, εἴτε ἀρχὴ διαπνοῆς μόνου, εἴτε ἀρχὴ μυελῶν εἰς πεπονθό-  
τῃ: sed falso. Nam pro διαπνοῆς uoce, legendum est διπλόης, et pro πεπονθότῃ, legendū πε-  
πονθός: Est autem διπλόης ossis duplicati secunda lamina: quam Hippocrates cauiissimam et molliissi-  
mam ac maxime antrosam esse dicit, in lib. de capitis uulneribus, ἢ δὲ διπλόης inquit κολοπατῶν καὶ  
μαλθακῶν τοῦ καὶ μέλισσαι σηραγῶν, δδ'ες. Et quod hoc loco de ossē perforando Paulus dicit, hoc  
infra cap. 90. de caluariæ ossē repetit, εἰ δὲ inquit, ἀρχὴ τῆς διπλόης τοῦ κρανίου μόνου εἰς τὸ κῆτα-  
γμα, ἀρχὴ τῶν τῆς καὶ μόνου τρυπητέου. Meminit etiam lib. 6. methodi Galenus. Paulō post hunc  
locum legitur ἀπό κελσιμῶν falso, pro ἀπό περσιμῶν. Et mox ubi ait, ἀδῶν τῶν γὰρ ἢ κύκλου πῶς  
πλεονα ὅς ἐστι περιβάλλωαι, legendum uidetur πῶς περιβάλλωαι, id est quæ circumcirca flatū exci-  
piunt, et non πῶς περιβάλλωαι, quod haud scio qua significatione sit accipiendum, ut ossa circumcirca  
carne denudata, circumnatari intelligamus. Sed relinquatur hoc in medio.

διαπνοῆς suppo-  
situm pro δι-  
πλόης  
διπλόης quid sit

ἀπό κελσιμῶν sup-  
positū pro ἀπό  
περσιμῶν

IN CAPVT LXXVIII.

In hoc capite uoces quædam leuiter corruptæ, totam sententiam uitiant, quas partim adscribam, par-  
tim ex translatione nostra cognoscendas relinquam. Legitur itaq; τὸ ὑποκείμενον ὄλεμα, pro ὑ-  
ποκείμενον: et mox ἀλλομύνη, pro ἀλλομύνη. At locus quem ex Hippocrate citat, est  
in libro de fistulis, quem ex nostra translatione adscribam, ut qui Pauli locum contractius propositum  
explicit. Crudum inquit, linum tenuissimum accipito, et ad palmi longitudinem quincuplicato, et pi-  
lum equinum circumdato. Deinde facto specillo stanneo in summa parte perforato, et initio complicati  
in specillum immisso, specillum in fistulam demittito, et simul sinistrae manus digitum indicem in sedem  
indito: ubi uero specillum contigerit digitum, inflexa summa specilli parte, initium lini quod est in spe-  
cillo, per digitum adducito, et specillum quidem rursus extrahito, lini uero initia bis aut ter connecti-  
to, et reliquam lini partem intortam ad nexum deligato, postea uero dimissum sua negotia obire iube-  
to. Ceterum quantum putrescente fistula de lino laxatur, tantum intendere oportet, ac intorquere sem-  
per singulis diebus. Paulō post Leonide locus sic in græcis emendatus legatur: ὅταν δὲ Βαβεία τυγ-  
χάνη τὸν σφραγιστῆρα σεσουρωμένη, ἢ τοὶ ἀπὸ τοῦ διακτυλίσσασθαι μύνη, ἢ καὶ ἀπὸ πολὺ κα-  
χῶς καὶ, ἢ δὲ τῆς σφραγιστῆρος κατὰ σκόδασθαι μύνη, et c. Et mox pro ἐπισκόπῃ legendum est  
ἐπισκόπῃ. Et rursus pro ὑποφαίνετο, legendum ὑποφαίνετο.

ὑποκείμενον  
suppositū pro ὑ-  
ποκείμενον  
hippoc. locus

ἐπισκόπῃ sup-  
positum pro ὑπο-  
φαίνετο

IN CAPVT LXXIX.

Si quidem constrictione uti uoluerimus, &c.) In græcis codicibus hic redundare  
uidentur uerba quædam, nimirū τῆς ἀμφοτέρωθεν ὀστέων, ἢ τῆς σφυρῶν καὶ τῶν. Nam his instrumentis  
neque

neq; ad filum circundandum opus est, neq; uestionem fieri uult. Quare ego ea reliqui, nec conuertii. Locum autem Hippocratis quem citat, est lib. 6. aphor. 12. Ad finem capitis lectio male distincta est, & manca, quam sic emendabis: μετὰ δὲ τῶν χειρουργίων, μάννη καὶ ἀμύλων σὺν τῇ χαλκίτιδι, ἢ τῷ δισκίῳ κεκομμένῳ ἀπόγειον ἢ ἑμὰ πύλην χρυσίου. καὶ τῷ φρασίῳ δὲ τροχίσκῳ πρὸς τὸ πλάκιν ἀποκαυσίῳ ἐχθροῦ ἀπὸ τῆς ἐπιπέρας, ἔσθροι δὲ τὰς κοιλίας, ἔσθ.

IN CAPVT LXXXIII.

Ad finem huius capitis graecorum uerborum lectio sic emendata legenda est, καὶ τότε λοιπὸν ἐκτεμῶν, καυτηρίας διαφανείς ἢ τῷ ἄγγ. εἰωὺ ὑδιθιάλλει, ἢ σὺν τῷ δέμορραγίῳ ἢ διαμοτῶρας, ἢ πρὸσφόρως ὑδιθιάλλει, τῷ πνοποιῶ χητῆς θεραπεία. His trāslatio nostra respondet.

IN CAPVT LXXXV.

Ad ipsas autem radices partem quandam illius incorrosam relinquit. In graecis hic διάσηπτον falso legitur, pro ἀδιάσηπτον, id est non putrefactam & incorrosam. Ad finem capitis φαρμακῶδεις, in duas uoces φαρμακῶ δεις distinguendum est.

IN CAPVT LXXXVI.

Galenii uerba apponere satis fuerit. Vnde Paulus haec Galenii uerba transcripserit nondum comperi, nisi me exemplaria penitus sefellissent: alioqui facile fuisset lectionem uitiatam in Paulo, ex ipso autore restituere in integrum. Videtur tamen uox ἀματ & deesse post uocem ἐκκειβνός τῶ: & mox rursum desunt post particulam εἰς, uoces τὰ κῆτα, ut sic legatur: ἵνα ἐκκειβνός ἀματ &, οἶον πῶμα π τῶν ὑποκειμένων γινντοῦ τὸ τμηθῆν ὄτω μόριον τὸ ὄνηθ. εἰ δὲ κῆτ' ὄθῦ ποιήσας τομῶν, ἐκ τῶν ἀνωθεν εἰς τὰ κῆτω, τὸ κελδμῶνον ὑπὸρσῆκωμα γινντοῦ, ἔσθ. Et sic sanè conuertii.

IN CAPVT LXXXVIII.

Alia cuspidata & conchata appellata, uelut quæ tres cuspides habent. Graecè legitur, τὰ δὲ γλωχινῶτὰ καὶ γογχοῦτὰ καλδμῶνα, τὰ δὲ τριγλώχινια, ἔσθ. Et γλωχινῶτὰ significare cuspidata, non ambiguum est. Quæ uerò γογχοῦτὰ, incertum. Atq; ego quidem γογχοῦτὰ legendum puto, id est conchata, & conchas figura referentia, ἀπὸ τῆς γογχῆς facta uoce. Aut certe legendum est λογχοῦτὰ, id est lanceata, quod sanè expressi. Quod uero sequitur τὰ δὲ τριγλώχινια, legendum est, οἶον τὰ τριγλώχινια, producit enim haec uelut γλωχινῶτῶν exempla, sicut etiam antea triangula, anguliformium exemplar protulit.

Alia parua unius digiti lōgitudine, quæ sanè Micca in Aegypto uocāt. Graeca exemplaria pro eo quod Micca uerti, habent uocem μικτὰ. Videtur autem Aegyptiæ uocis appellatio hic à Paulo esse praescripta, quæ haud scio an μνιτὰ sit, aut μικτὰ, quum haec graeca existat, & illa penitus ignota. Mibi itaq; μικκὰ legendum esse uidetur, quæ uox etiam si graeca sit, ab Aegyptiis tamen usurpata uideri potest, & à Dorienisibus transsumpta, qui μικκὰ appellant τὰ μικρά.

Cauendo ut ne neruum, aut tendinē, aut arteriam, aut aliquam necessariam partem diuidamus. Tendinē conuertii pro eo quod habent exemplaria Aldina ἢ τρῶντα. Videtur enim mihi hoc corruptè legi pro ἢ τρῶντα. Possit fortassis etiam legi ἢ φλέβα, sed τρῶντα uox corruptam lectionem propius referre uidetur.

Omnem carnem quæ ueneno participauit. Graecè sic, ἀπαλαῖν τῆς ἰσθμῆς μεταλαῖν τῶ φαρμάκου σάρκα. pro uoce μεταλαῖν τῶ legendum est, μεταλαῖν τῶ. Et frequenter hoc occurrit in graecis autoribus, ut uerbum μεταβάλλω cum suis coniugijs, pro μεταλαμβάνω supponatur, & uicissim hoc pro illo. Paulo post ἐκκοπέει legitur falso pro ἐκκοπέει. Est enim ἐκκοπέει instrumentum excisorium cuius usus hic competit. Et inferius, ubi conuertii, humoris albi ac pultacei per auditorium meatum euacuatio, in graecis desunt duæ uoces, καὶ ἔσθ. Sic enim legendum est, καὶ ἔσθ τὸ ἀκροεικὸς πόρος, ἢ γὰρ λδουκὸς καὶ ἀθροῖος δὲς κήνωσις, ἔσθ.

Si uero partis ad partem per telum affixio fiat, uelut si brachium thoraci affigatur. Graecè sic, sed falso: εἰ δὲ σωθλωσις μοεῖς γήνηται, οἶον βραχίονθ' ὀδράκι σωθλωσις: legendum enim est σωθλωσις, & σωθλωμῶν, à uerbis ἴλω & σωθλω, quòd telo uelut clauo coniunctæ partes uideantur. Ad finem capitis quod dixi. Multis etiam infixæ tela latuerunt, ἔσθ. graecè sic legendum est: πολλοῖς δὲ κατὰ τῶν γῶνα βεληθῶν δὲ λαθῶν. habent autem co-dices impressi falso διηλθῶν pro recto διέλαθῶν.

IN CAPVT XC.

Etenim capite in multis alijs partibus percusso, uelut in cadendo contingit, fissura caluariæ quæ citra solutionem continuitatis cutis cōtingit, & c. Hic locus in graecis codicibus mancus, paucis uoculis adiectis sic restituitur: καὶ γὰρ ἄλλων πλ εἰσῶν μέρων

διάσηπτον  
ἀδιάσηπτον

Galenii locus

γλωχινῶτὰ  
κωγχοῦτὰ  
λογχοῦτὰ

μικκὰ tela

τρῶντα  
suppositum pro τῶντα

μεταλαῖν τῶ  
suppositum pro  
μεταλαμβάνω  
ἐκκοπέει

σωθλωσις  
σωθλω

διηλθῶν  
suppositum pro διέλαθῶν

μερῶν τῆ κεφαλῆς πλὴν γὰρ τῶν, εἰς ὃν τοὺς κώδικας ἠώσεσιν, ἢ χωρὶς τοῦ λυθῶαι τὴν σωτῆρα χειρῶν, &c. Paulò ante hunc locum uox πηγῶν redundat, ubi habent codices, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τῶν μόνου πηγῶν ὑπὸ φάνειαν, &c.

Quòd si etiam discessit membrana, & tu ab initio uulneratū suscepisti.) Græce legitur καὶ μὴ ἀπέσῃ ἢ μὴ ἰγῆ, &c. Verum ipsa sententiæ ratio docet μὴ uocem redundante, & legendum esse καὶ ἀπέσῃ δὲ ἢ μὴ ἰγῆ, &c.

Et malleo leniter impellentes, ita ut uitemus capitis concussionem.) Hoc loco deest in græcis uerbum unū φυλατῶμενοι. Est enim legendum ἢ μὲν ὑπὸ κρότοντες τῆ σφύρα, φυλατῶμενοι τὸν διάσεισμον τῆ κεφαλῆς. Et mox legendum est ποδὶ βυπῆσαντες τοὺς ἀβῶπῆσις λεγόμενοις, id est terebellis se non demergentibus perforabimus. Qualia uero sint terebella ἀβῶπῆσις appellata, clarè mox describit. Et rursus pro κροπέων legendum est ἐκκροπέων. Ita enim antea appellauit, ἐκκροπέσις uidelicet, scalpra excisoria. Sed & in superioribus sæpe horum mentionem fecit. Et mox rursus ubi legendum est, ἢ τινὶ τῶν μηλιῶ τῶν ἐκκροπέων, id est aliquo specilli formam habente excisorio scalpri. Exemplaria tamen habent τινὶ τῶν σμηλιῶ τῶν ἐκκροπέων, sed falso, uelut ex superioribus patet. Quin & φακωτῶν ἐκκροπέων mox mentionem facit, ex 6. lib. metho. Galeni loco adducto. Verum horum usus, post scalpurationem per caua scalpri factam, hoc est μετὰ τὴν ἐκ τῶν κυκλισκῶ τῶν ποδὶ γλυφῶν, probatur. Sic autem legendum est, & non ut exemplaria habent, μετὰ τὴν τῆ ἐκ τῆ κυκλισκῶ, &c. Nam & in præcedentibus κυκλισκῶ τῶν ἐκκροπέων meminit.

At uero per terebras & modiolos, choenicidas appellatas chirurgia, à recentioribus uelut praua reprobatur.) Quale instrumentum sit χοινικίς, siue ut in Celso legitur χοινίκιον, Celsus lib. 8. cap. 3. docet, modiolum appellans, quo modo choenicis à choenicis mensuræ similitudine græcis appellatur. Modiolus inquit, ferramentum concauum, teres est, imis oris ferratum, per quod medium clauus, ipse quoq; interiore orbe cinctus demittitur. Sed hanc descriptionem satis obscuram, abundè declarat in sequentibus, ubi utendi eius modum præscribit. Si uitiū in angusto est, inquit, quod comprehendere modiolus possit, ille potius aptatur. Et si caries subest, medius clauus in se rament demittitur. Si nigrities, angulo scalpri sinus exiguus fit, qui clauum recipiat, ut eo insistente, circumactus modiolus delabi non possit. Deinde is habena quasi terebra conuertitur. Estq; quidam premedi modus, ut & foretur, & circumagatur, quia si leniter imprimitur, parum proficit: si graüter, nõ mouetur. At ubi iam iter mediolo pressum est, medius clauus educitur, & ille per se agitur. Deinde quum sanitas inferioris partis scobe cognita est, modiolus remouetur. Ex his Celsi uerbis apparet terebræ causæ speciem esse choenicida, siue modiolum. Et hoc declarat amplius Galenus in glossis Hippocraticis, ubi choenicida terebræ rectæ & acutæ opponit, quæ ποδὶ τῆριον appellatur. ποδὶ τῆριον inquit, τρυπέων τῶν ὄνθων καὶ ὄφθων. ἐστὶ γὰρ καὶ ἐτόρον ἢ χοινικίς. Idem Galenus uocem ὄρθοπρίονι exponit τῆ χοινικίδι. Significat autem & Hippocrati πρίον, non ferram, sed terebram, in lib. de capitis uulneribus, ubi sæpe πρίον & uoce utitur, & πρίον & etiam χαρρακτῶ usum præscribit, πρίονι καὶ χαρρακτῶ, inquit, ἐκπρίει μὲν αὐτίκα τὸ ὄσεν πρὸς τὴν μὴ ἰγῆ. Atq; sic etiam hoc loco Paulus πρίονες, non ferras, sed terebras appellauit.

Si uero ex obscura, plus contendere oportet.) Hic locus in græco corruptus est. Nam articulus ἢ pro ἢ positus est bis, & tertio loco deest, & ἀτία pro ἀσιτία habetur. Sic ergo legendum est ex Gal. & Aëtio, εἰ δὲ ἀδύνατος, πλεον ἄγωνίζεσθαι πρὸς σίκα ἢ φλεβοτομία χρωμάτων, εἰ μὲν κωλύει, ἢ ἀσιτία, ἢ τῆ πρὸς φλεγμονῶν ἀρμολογίαν διαίτη, quomodo sanè & nos reddidimus.

Porro denigrata membrana, si quidem in superficie sit nigricies, ex medicamento aliquo hanc uim habente inducta.) Græca uerba huius loci corrupta sunt, & ex uestigijs deprauatæ lectionis sic legendum esse uidetur: μελανθίσις δὲ τῆ μὴ ἰγῆ, εἰ μὲν ὑπὸ πλῆθὸς ἢ μελανθίσις εἴη, ἐκ φαρμάκων τινῶν τῶν ταύτων ποιῆν δυνάμενοι.

IN CAPVT. XCI.

Præterquam si quæ circa medium nasum partes ob impulsionem superemineant.) Græca hic paululum luxata sic reponenda sunt, πλὴν τῶν ἡπὶ μέσης τῆ ῥίνας ὑπερρεχνησῶν ὑπὸ κρόμαλι. ὑπὸ τῶν γὰρ, &c.

Atq; eo loco postea alteram lori extremitatem firmare.) Græca lectio hic corrupta est, quam sententiæ ratione exigente, & Hippocrate in lib. de fracturis monente sic restituo: κατέπειτα αὐτὸν τὴν ἐτόρον τῶν ἰμάντων ἀρχῶν ἀσφαλιζέσθαι.

Lemniscis dictis linamentis, ex medicamentis congruis illitis ac inditis curetur.) Græce legitur λιμνίσκοις ἐκμοτῶν χρωδῆσι θεραπέυειν, sed legendum est λιμνίσκοις

712

ἀβῶπῆσις terebella  
ἐκκροπέσις  
μηλιῶσις ἢ κροπέσις  
φακωτῶν ἢ κροπέων  
κυκλισκῶσι ἢ κροπέων  
χοινικίς  
χοινίκιον  
Modiolus  
Celsi locus  
Terebra causæ  
Terebra acuta  
ὄρθοπρίον  
πρίον  
πρίον χαρρακτῶ  
Lemnisci linamenta

ἔμμοτα φάρμακα σκοῖς ἐκ φαρμάκων ἔμμότων χριθεῖσι, &c. Sunt enim ἔμμοτᾶ pharmaca que linamentis illa- ta in usum ueniunt.

IN CAPVT XCII.

Hoc capite due uoces corrupte, sententiam penitus peruertunt. Itaque pro ὑδριελόντα, reponendum est ὑδριελόντα: & ad finem pro τρέφειν, lege ἡγεμῖν, & sententiam rectam, quam expressimus habebis.

IN CAPVT XCIII.

scapula spina Verum iuxta spinam suam fracturam patitur, quæ aliquando exprimitur) Græcè habetur, ἡ δὲ πλὴν ῥάχις αὐτῆς ὑπομῖναι καὶ ταγμα, ποτὲ μὲν ἐκπιεζομένης. Non enim de dorsi spina accipienda est uox ῥάχις, sed de ipsius scapulae spina, quæ aliquando exprimitur, legitur tamen falso πιεζομένης, pro ἐκπιεζομένης, Ad finem capituli, ubi legitur, τῆ τε ἰσθμῆς ἀφαίρεσι, καὶ ῥαφῆς ὡς ἔμπεδον εἶρηται, deest uerbum θεραπείᾳ, adscribendum post εἶρηται.

IN CAPVT XCV.

Subiectis antea in directum duobus loris.) In græcis deest uox δύο, legendumq; est πρὸ τοῦ τοῦ βλεψημῶν ἐπὶ δὲ βίαις δύο τε λαμώνων.

IN CAPVT XCVI.

Dolor uehemens punctorius, grauior eo qui in pleuriticis sentitur.) In græcis falso legitur πλ δυρδω pro πλ δυρλικω. Et de talibus uelut euidentibus non admonerem, nisi supine preteriri uiderem. Et in fracta costa, & in pleuriticis, dolor punctorius est, sed grauior in fracta costa, eo quod uelut aculeo membrana costas succingens sauciatur.

IN CAPVT XCIX.

In brachio fracto Hippocrates extensionem sic fecit.) Hæc sunt apud Hippoc. in lib. de fracturis, sed non ita ad uerbum inde transcripta. Verum prout sibi commodum uisum fuit Paulus sententiam expressit, tum hoc loco, tum etiam superioribus ac sequentibus, ut ex Pauli locis, multum lucis Hippocraticæ obscuritati accedat, si quis inter se conferat propius adnota. Et reliqua quidem quæ in græcis corrupta habentur hoc capite, ex ipsa translatione cognosci ac emendari possunt. Sed quod legitur, ὅπως μὴ τὰ σῖς τις γίνοιτο, μὴ τε κίνησις ἀληθῶς σκεπτεθῆναι ἔσθ μοι εἶω: indicare uisum fuit, falso legi κίνησις ἀληθῶς, pro κνήσις ἀλῦτως, id quod sententiæ ratio docet. Sicut paulò post pro βραχῦ τῶν ῥς, legendum est βραχυτῶν ῥς. Et mox deest uox ὑποαχῆσιον, ante uocem μαλακῶν inferenda, ubi legitur ἔσθ δὲ βραχίονι ὑποβελήδω μαλακῶν, ἔχου, &c.

IN CAPVT CII.

Ossa uero pungentia sursum tracta tollimus.) In græcis hic falso habetur ἰσθὰ pro δέ: & deest particula εἰς, ut sic legatur, τὰ ὑδρινύσσοντα δὲ τῶν ὀστέων, ὡς πολλάκις εἶρηται, ἀνασείλωται εἰς τὰ ὑπὲρ θην, ἀρομν. Et mox pro εἶρηται, legendum est εἰρήσεται.

IN CAPVT CIII.

Solutio enim continuitatis occurrit.) In græcis falso legitur, κίνησις γὰρ ὑποπίπῃσι ἐπὶ σωμαχίας, &c. Legendum est enim pro κίνησις uoce, ἡ λύσις. Et mox pro hoc, κατὰ τὴν ῥεταὶ δὲ τὸ μερῶ, τὸ σκελῶς ἐκταθῆναι. ποτὲ γὰρ διχομυθῆναι, &c. legendum est, κατὰ τὴν ῥεταὶ δὲ τὸ μερῶ, τὸ σκελῶς ἐκταθῆναι. ὅτω γὰρ τὸ διχομυθῆναι, &c. Et mox in his uerbis, καὶ γὰρ μὴ γνομένης παρώσεως, ἰσθὰ τὸ μὴ ἀνίστασθαι μερῶ ἐκείτῳ, ὑπὲρ τῆ συμπεφυκῶν μυῶν τε καὶ νέρων, ἀρ τὸ κερῶ καὶ ἐλ κνήμης, &c. In his uerbis inquam, abundat particula μὴ, post ἰσθὰ τὸ: & pro ὑπὲρ legendum est ὑπὸ. Atq; hæc omnia ratione & sententia ita postulante restituta sunt, & sic conuersa.

IN CAPVT CIIII.

Similiter etiam loris infra fracturam utendum est, uelut de cubito dictum est.) Græca exemplaria habent, ὁμοίως καὶ πῖ ἔσθ κατωτῶν ῥ κατὰ γματῶ ὑδρὶ πῖ χεω εἶρηται, sed falso, ut palam apparet. desunt enim aliqua uoces. Et sic integral lectio restituenda est, ὁμοίως καὶ πῖ τῶν κατωτῶν τὸ κατὰ γματῶ βράχοις χησιέου, ὡσπὲρ ὑδρὶ πῖ χεω εἶρηται. Sed & paulò ante hunc locum, φυλάττω falso legitur pro φυλάττω. Et mox ab initio capituli ἐτῶν δὲ λεπῶ ὀπῶ, &c. falso habetur, pro ἐτῶν δὲ λεπῶ ὀπῶ.

IN CAPVT CVII.

Hippocrates enim in femore & brachio fractis, eminentia ossa penitus reponere dissuadet.) In græcis codicibus unius literæ uitium, totam sententiam alienam, & eī quam ego reddidi contrariam efficit. Legitur enim ἐκβάλλειν falso pro ἐμβάλλειν. Sic autem legendū

ἐστὶ δὲ μὲν γὰρ ἰπποκράτους ἰδίᾳ μὲν καὶ βραχίονος καὶ γούτων ἐξ ἰσχυόντων ὁσᾶ, καὶ δὲ πᾶσι  
 ἐμβάλλειν ἀρτρώσει. Docet autem Hippocrates in lib. de fracturis, modum reponendi ossa fracta &  
 extra eminentia, per uectis usum, quomodo etiam Paulus hoc loco ex ipso transscripsit. & inter cetera,  
 hæc uerba prodit, quæ ex nostra translatione adscribam. Hanc autem per uectes commotionem & ex-  
 tensionem, eadem die aut secunda facere oportet. Non autem tertia. Minime uero quarta aut quinta. Nam  
 etiam si non reponas, sed aliàs molestiam exhibeas in his diebus, inflammationem induxeris: quanto ma-  
 gis si reponas, conuulsionem tamen multò magis induxeris si reponas, quàm si reponere omittas. Atque  
 hæc probè nosse conuenit. Si enim reponenti conuulsio accesserit, non multa salutis spes est. Commodum  
 autem est rursus eicere os à sua sede, si hoc fieri citra molestiam possit. Non enim in laxioribus quàm  
 oportuum est, conuulsiones ac distentiones accedunt, sed in his quæ magis extenta sunt. Hæc Hippocrá-  
 tes, ex quibus totum hoc Pauli caput declaratur.

Hippoc. locus

Ita ut iuxta literæ græcæ χ figuram, chiasmon dictam, &c.) Quid sit chias-  
 mos, itemq; decussatio, supra in cap. 51. et 55. declarauimus. Verum sicut illic, ita etiam hic, lectio exemplariū  
 græcorum corrupta est, legitur enim falso, ὡς ἐστὶ τὸν χιασμὸν, ἀχανίαν ἐκ πάντων γινέσθαι,  
 pro recto ὡς ἐστὶ τὸν χιασμὸν, &c. Paulò post picatum appellatum ab Hippocrate emplastrum, nò  
 affirmat, sed aliquos dicere ait, id esse quod tetracharmatum regium appellatur, constans ex rebus qua-  
 tuor, cera, colophonia, pice, adipe taurino, habetur infra lib. 7. cap. 17. principio. Hippocrates tamen nò  
 emplastrum uocat, sed ceratum, ἡ δὲ αὐτὸ τὸ ἐλαίου inquit, ἡδὲ τριβύλαι καὶ τριοςηλίω, ἡ τὴν ἐ-  
 ναιμωρ, ἡ τὴν ἄλλω φαρμάκωρ ὅ, τι ξυώ τριφύρ ὅτι τέ γέ ἐστι. Quòd autem τριοςηλίω accipe-  
 re oportet κερωτῶν, & non ἐμπλάστρου, ex lib. 2. de morbis muliebribus patet, ubi his uerbis eius u-  
 sum prescribit, ἢ κηρωτῶν inquit, τριοςηλίω πῶσι τριβύλαι ξυώ ξυτίω. Neq; sanè multum referre ui-  
 detur, ceratum ne aut emplastrum appelletur.

Chiasmus  
 Decussatio  
 Picatum empla-  
 strum esse tetra-  
 pharmacum,  
 Picatum ceratū  
 Hippoc. loci

IN CAPVT CX.

Ita ut partim per calidiorum adhibitionem, materiam ad partem attrahā  
 mus: partim ut alimentum sufficiens suggeramus.) Hæc uerba sic in græcis legun-  
 tur. ἴσθαι μὲν, ἴσθαι θερμοτέρως πῶσφορος ὑλλω ἡδὲ σαρωμῶν ἐς τὸ ἐμοίω. ἴσθαι δὲ, τριφύλω  
 ἡδὲ τριφύλω αὐτάρκην. Videtur itaq; mihi ἴσθαι θερμοτέρως πῶσφορος significare calidiorū  
 rerum forissecus adhibitionem, & fortassis pro θερμοτέρως legendum est θερμοτέρων, tales autem  
 sunt frictions, & unctiones calidiores, & calidæ aquæ affusiones, in quibus is modus seruandus est, ut  
 tunc desinamus, quum carnes in rubicundam molem attolluntur, uelut 6. meth. Gale. docet. Quamquàm  
 πῶσφορος uox aliàs non externam adhibitionem, sed cibi in corpus ingestionem, & alimenti assum-  
 ptionem græcis medicis significet: sed de hac ipsum hic non loqui, indicio est id quod subdit de alimenti  
 sufficientis exhibitione: & quod uox ἡδὲ σαρωμῶν, forissecus admotis magis competit.

πῶσφορος ἴσθαι  
 κωτίω  
 πῶσφορος

IN CAPVT CXI.

Aut usq; ad cavitatis supercilium delatus.) Græcè falso legitur pro ὀφρύω uo-  
 ce, uox ὀσφύω. Est autem ὀφρὺς supercilium & margo cavitatis eius in quam os insertum, cum al-  
 tero offe articulum constituit.

ὀσφύω suppositum pro ὀφρύω

IN CAPVT CXII.

Sic igitur dicit Hippocrates.) Hic locus ad uerbum transcriptus est ex Hippocratis  
 lib. de articulis. Verum in multis locis corrupta est Pauli lectio, quam ut quis ex uera & recta Hippo-  
 cratis lectione emendet, facile est in tanta exemplarium extantium copia. Nos Hippocratis lectionē se-  
 quuti, ipsam expressimus, & translationē Hippocratis nostram, uelut in nostra totius Hippocratis con-  
 uersione habetur, etiam huc adscripsimus.

Hippoc. locus

IN CAPVT CXV.

Hæc autem sani cubiti gibbi inspectio maximè declarat.) Græcè sic, τῶν τε  
 δὲ μάλιστα ἢ τῶν ὑγιάνοντων ἀγκῶν ἐλέγχει πάθησις. Non uidetur autem de sano, πάθη-  
 σις: id est affectio ac passio dici posse: quum sani ad affectum collatio, se iuxta contrariorum rationē ex-  
 hibeat. Quare uisum est quibusdam μάλιστα legendum esse, ut hac uoce consideratio ac inspectio acci-  
 piatur. Verum nisi penitus fallor, legenda est hoc loco uox ἀβρῆσις, quæ propriè inspectionem signifi-  
 cat: quamquàm & πῶσφορος uox, commodam huic loco significationem exhibeat, & si quis sententiā  
 habeat, huic de uoce non magnopere laborandum esse uideatur.

πάθησις  
 μάλιστα  
 ἀβρῆσις  
 πῶσφορος

IN CAPVT CXVII.

Et quidam decepti, unius uerticuli multum emoti magnam emotionem  
 esse putant: quum tamen magna emotio non rotundam, sed angularem fa-  
 ciat (spinæ flexionem.) Græca lectio huius loci corrupta in hunc modum restituenda est: καὶ

F 2 νομίζεσθαι



νομίχοι τινες ἀπατωμένοι ἐνὸς ὕδατος πλὴν πρῶτα πρὸς τὸ ἀπονοῦν ἄλλο, μεγίστην ἔχει  
ραβδόπλυν, καὶ ὅτι μεγίστην πρῶτα πρὸς τὸ ἀπονοῦν ἄλλο, μεγίστην ἔχει καὶ μάλιστα.

Quidam uero per appellatos asellos extensionem faciunt Sunt autē asel-

Axes  
ἀξες  
ἀξονες  
δύονες  
Instrumenta tria  
fortissima  
Grues ma-  
chinæ  
γρῦνοι  
Gruina delir-  
gatio  
γρῦνις ἐπι-  
δισιο  
Υψιλόμ litera  
gruina

li hi, axes qui in erecto statuto ligno uertuntur. Quos hic describit axes, græcis ἀξες  
appellantur, ἔστι δὲ ὄνισκος quodq; id est aselli. Germani latinam uocem ferè expriment, uocant enim  
aspel aut haspel, instrumentum uulgò notissimum, sed quod tamen uarijs modis paratur, prout res ma-  
gna est, quam per illud efficere conamur. Hippocrates tria instrumenta esse dicit fortissima, ex omnibus  
quæ homines machinati sunt, aselli circunductionem, per uectes commotionem, ἔστι δὲ γρῦνων ἕνα  
portibus, ad magna onera ἐν ναυibus subleuanda utuntur. Vitruuius appellauit grues, ἔστι δὲ γρῦνοι quo-  
que in græcis uocantur, ἔστι δὲ uulgus item Cranich appellat, ob colli arbitror, in longum extentari promi-  
nentiam. At uero gruina deligatio, quâ Paulus supra cap. 99. γρῦνις ἐπιδισιο appellauit, ἀνολα-  
tus gruuum ordine dicta uidetur. Hunc enim refert, dum humerum, scapulas, ac pectus comprehendit, ἔστι  
Antidotus ex tribus piperis generibus tertia.) In hac antidoto legitur, cinamomi, aut cassie duplum, quod sic accipiendum est. Cinamomi accipienda est uncia una, aut si id non adsit, cassie uncias duas siue sextantem conijcere oportet. Atq; hoc in multis medicamentarijs libris scriptum reperiri, testatur Galenus libro primo de antidotis. Et sic certe reperitur etiam in succedaneis Galeni, & infra capite uigesimo quinto huius septimi libri. At non desuerunt qui illuderent huic præcepto, inter quos fuit & Quintus medicus, qui eos qui duplum cassie pro cinamomo sumi iubent, simile facere dixit, his qui in salerni penuria, uinum è caupona duplum bibere iubent: aut pro puro pane, dupli furacei edere. Verum referuntur & aliæ leuioris modi huius Quinti facetiæ, quas adscribam, ut & de illo dicto facilius iudicare queant studiosi, & Galeni locos eo melius intelligant, ac uitiatos emendent, atq; nobis qui illos in grecis ac latinis codicibus emendauimus, maiorem fidem habeant. Interrogatus itaque Quintus de facultate inunctionis, respondit facere ipsam, ut quis cogatur exuere uestes. Idem de urinis quid sentiret, cuidam interroganti respondit, ad fullones pertinere ipsarum considerationem. Sed exemplaria Galeni hæcenus habuerunt, γραφῆως δὲ καὶ τεμαχθῶν εἰς αὐτὰ, & uerterat interpres, ad pictorem pertinere eas nosse: quum legi debeat γραφῆως, & ad fullonem pertinere. Quid enim pictori cum urinis commune est? aut inde colorum rationem collegerit scilicet? fullones autem urinas considerant humanas, & ipsi etiam utuntur, ipsasq; quanto tenuiores ac crudiores sunt, tanto magis probant, id quod etiam Galenus in secundo commentario in prorrheticum Hippocratis testatur, ubi Thessalicum quendam urinas nunquam inspexisse dicit, & eos qui illas considerarent, fullones appellasse. At uero idem Quintus de calido ac frigido, & sicco ac humido, dicere solebat, balneatorum talia esse uocabula. Hæc Galen. lib. 3. de sanit. tuenda fine.

Quinti facetiæ

Galenus loci

γραφῆως suppositum pro γραφῆως

πικροῦ

αἰσθητῶν

Diospolites

Diospolites.) Hoc medicamentum habet etiam Galenus libro quarto ὕγιενῶν, sed paribus omnium ponderibus, cumini, piperis, rutæ ac nitri. Nam zingiber quod Paulus habet, in Galeno deest. Deest etiam in Aëtio libro nono capite uigesimo quarto. Appellatio ab urbe Diospoli ducta uidetur, in qua fortassis multi usus fuit, ut hinc Diospolites & Diospoliticum appellaretur. Sed & medicamentum ex calamintha, iisdem Galeni & Aëtij locis habetur. Adscribam utriusque descriptionem, ut consensum & dispensationem quisque per se diiudicare possit. Aëtius sic, Calaminthæ montanæ, seminis petroselini, pulegij, seselis, cuiusque drach. XII. seminis apij, cacuminum thymi singulorum drach. IIII. ligustici drach. XVI. piperis drach. XLVIII. mellis despumati quantum suffecerit. Galenus sic, καλαμίνθος καὶ γλίχων & καὶ πετροσελίνου καὶ σεσέλεως, ἐκάστου ἀνὰ ἰο. β. σελίνου πῶς εἰς ἰο. β. κρομβῶν δύμου, ἀνὰ ἰο. δ. ἐκαστῶν, καὶ πῶς πούποις ἐπι λιβυσιχοῦ μὲν ἰο. ἐκαίδεκα καὶ πεπερωθῶς δὲ ὀκτὼ καὶ μ. Et mihi quidem iustissima per omnia uidetur esse Aëtij descriptio. In Paulo uero piperis pondus imminutum legi. Reliqua iuxta proportionem cum illa consentire. At in Galeno ut eadem sit proportio, calaminthæ & pulegij & petroselini & seselis, singulorum uncias duodecim, non duas legere oportet: & fieri poterit, ut denarij nota I. exciderit. Est autem octupla Galeni compositio ad Aëtij descriptionem relata, ubi enim Aëtius drachmas, illic Galenus uncias habet. Pauli uero compositio, ad Aëtij descriptionem collata, dupla reperitur, excepto pipere, quod imminutum uelut dixi, in Paulo legitur, Et si proportio reliquorum seruanda est, haud dubiè πεπερωθῶς ἰο. β. legenda sunt, id est piperis uncie XII. uelut etiam conuerti, & non drachmæ XII. uelut codices greci Basilien. habent. Nam in Aldina editione hoc ἴσθ' καλαμίνθος medicamentum desideratur. Has porro descriptiones uelut insignia quædam exempla proponere uolui, iuxta quorum rationem etiam in alijs compositionibus diiudicationem facere quis possit, ut non temere uel ipse compositiones faciat, uel aliorum in usum assumat. Habentur autè & reliqua huius capituli medicamenta in Galeno hinc inde, magna ex parte, & in Aëtio quoq; sparsim, & indicato maxime loco, quod indicare uolui, ut si quis uelit collationem faciat. Nam talia omnia afferre, dolabellarum ad Pauli lectionem dedolendam ac expoliendam institutarum modum ac rationem excederet.

Medicamentum ex calamintha Aëtij locus

Galenus locus

Drachmæ suppositæ pro uncis

ἀρκίος suppositum pro χολερῆ

Medicamentum optimum ex hepate lupino.) Hoc medicamentum est apud Aëtium libro decimo capite sexto, in paucis ab hac descriptione euarians, quæ tamè libera esse iudicantur, ut quis pro arbitrio recipiat aut omittat. Verum quod in Paulo legitur ἄρκιου, ut arcij succum accipiamus, penitus ineptum uidetur. Non enim facultatem huc facientem arcion, id est personata habet. Legendum itaque χολερῆς ἀρκῶν, ut Aëtius habet. Nam uicinitas scripturæ errorem induxit. Sed & pro

αἰσθητῶν

μίλτων

μιλτος, id est minij uoce, quam Paulus habet, Aëtius terram lemniam recipit, quæ sphragis dicitur. Hæc igitur etiam in Paulo intelligenda uidetur. Quamquam Galenus libro primo antidoton, melius esse dicit ut non μιλτος, id est minium, sed terra appelletur: quum sit quædam lemnia multos, quæ in Lemno nascitur, ad alios usus commoda, non ad eos ad quos conducit ea quæ lemnia sphragis siue lemnium sigillum appellatur. De his igitur ne error committatur, diligenter distinguendum est.

μιλτος pro terra lemnia

**Antidotus ex femine porri.)** Hæc antidotus ex porri femine appellationem habet, ac dicitur ἡ σπῆ τῶ πρᾶσσοειρου. Quare etiam in simplicium quæ recipit enumeratione, πρᾶσσοειρουμα, id est porri semen, et non πρᾶσιου, id est marrubij legendum est. Porri autem semen in rhenales compositiones misceri, etiam supra testatus est Paulus, ubi sub litera π de ipso egit. Quemadmodum autem hic πρᾶσιου suppositum est pro πρᾶσσοειρου: ita in sequenti medicamento ex Tecolitho, λιθοσπέρμου suppositum est pro λιθοσπέρμου. Non enim lini semen huc facit, sed lithospermon, quod etiam in precedentibus medicamentis rhenalibus habetur, et calculos frangere traditur.

πρᾶσιου suppositum pro πρᾶσσοειρου

λιθοσπέρμου suppositum pro λιθοσπέρμου

**Antidotus ex femine maluæ syluestris.)** In hac antidoto quod conuerti, amygdalas X. nuces regias X. nuces ponticas X. In græcis exemplaribus corruptè legitur. Deest enim numeri denarij nota, post uocem ἀμύγδαλα, et deest uox κέρυα ante βασιλικὰ ponenda. Tria enim nucum genera recipit. Et ἀμύγδαλα non uocantur βασιλικὰ. Sic ergo lectio recta restituatur, ἀμύγδαλα ἰ. κέρυα βασιλικὰ ἰ. κέρυα πονυλικὰ ἰ.

ἀμύγδαλα non uocantur βασιλικὰ

**Antidotus Satyriaca.)** Quod dixi, datur drach. I. cum uino, debilioribus cum lacte, in græcis mancum est. Deest enim, μετ' οἴνου. Legendumq; est, διδδοτου Λ. α. μετ' οἴνου, τοῖς ἀδενεσέροις μετὰ γάλακτος.

**Antidotus ex corallio podagrîca.)** Hæc antidotus non ex corallio, quam supra sub litera κ. uelut arboream plantam, quæ in lapidem induresceret, dixit, appellationem habet: Nam hoc corallium in antidotum non recipitur: sed ex anagallide altera, quæ quia Russicum id est puniceum florè habet, corallium à colore ut apparet appellatur. hanc enim antidotus recipit. Dixit autem πρᾶσιου ἀνθῶ, florem eius, qui ab alijs φοινικῶν ἀνθῶ appellatur, latina usus uoce, quemadmodum etiam alibi dixi. Marcellus medicus antiquus etiam Eruum russicum appellauit. In huius antidoti usu prescripsit abstinendum esse, à piscibus capitonibus, gobijs, &c. Quod græcè legitur sic, ἰχθύων δὲ κεφάλων, γόμφων. Ego itaque pro γόμφων uoce, κωβίων legendum puto, ut de gobijs stagnorum, maxime eorum qui fere maris speciem præferunt, intelligamus. Nam in his degentes gobijs improbat Galenus, quæ contra circa arenosa littora uersantes et circa petrosa promontoria laudet, à succi bonitate, esus iucunditate, concoctionisq; ac digestionis facilitate. Quia uero gobiium ex eorum numero esse idem dicit, qui semper parui permanent, ego gobiiorum generis esse puto etiam cum pisciculum, qui uulgo nostrati kob et kaulhaupt appellatur, maxime quum etiam in fluuijs gobiium degere Galenus dicat. At uero Capitone, Cephalos dictos, ex mugilum genere esse certum est, et nisi fallor est hoc genus piscis, quod ad Oceanum magnum orientalem, Cabliam appellatur, superior Germania bolch uocat.

Corallium lapidescens  
Corallium anagallis  
φοινικῶν ἀνθῶ  
Russicum eruum

γόμφων suppositum pro κωβίων

Gobius

Capitone  
Cephal  
Cabliam

**Antidotus Atactos podagrîca.)** ἄτακτος appellatio uidetur imposta esse, ex eo quod extra omnem aleam posita, in nullum ordinem redigi se patitur, quemadmodum ille qui ἀκατασύντακτος εἶμι de se dixit. Deest in ipsa uox ἀπείρου, ante λδνιου κω μελαου uoces reponenda. Sed hæc facile erat deprehendere. Sed mirum cur non æque facilis deprehensu fuerit falsa lectio, μελιτος Λ. ε. in sequenti medicamento ex septem rebus constante: quæ nulla sit proportio mellis drachmarum quinq; ad septem res, quæ unciarum uiginti duarum pondere sumuntur. Ego itaq; μελιτος κ. α. lego, et conuerti, iuxta eam proportionem, qua in præcedenti antidoto Procli, heminae dua mellis ad specierum uncias quadraginta quinq; adijciuntur. Videtur tamen in iudicio medici positum esse, ut mellis mensuram augeat aut minuatur, pro utentis natura.

ἀτακτος  
ἀκατασύντακτος

IN CAPVT XII.

**Pastillus quem Galenus Aphrodisiasticum clidion inscribit.)** Hic pastillus habetur ad uerbum libro septimo compos. pharmac. ἡ τῶ πρᾶσιου. Sicut etiam ad uerbum pastillus Philippi, nisi quod in ipso Paulus Rhus habet, qui deest Galeno. Habetur illic etiam ex succino pastillus, rebus nihil, ponderibus parum euarians. Sed et reliqui fere omnes apud Galenum et Aëtium diuersis locis sunt, quod indico, ut si quis hos paraturus, aut ipsis usurus sit, diligenter et rerum et ponderum examinationem faciat. Appellatio Aphrodisiastici clidij, clauiculam Venercam refert.

Aphrodisiasticum clidion

**Pastillus ex subere.)** In hoc pastillo σφέκλας, falso legitur, id est fecis uini usque, pro φελδς, id est suberis usi, ex quo pastillus nomen habet, ut Aëtius lib. 9. cap. 49.

σφέκλας suppositum pro φελδς

**Pastillus Criogenes.)** Hic pastillus nomen habet ex eo quod uerberuata, quam recipit, tum colligenda est, quum sol est quæ κριω, id est in ariete. Potest ad emplastrum formam reduci per olei, colorum

phonie, ac cere additionem, quæ res confirmat supra etiam cap. 9. κηρῶ, & non κηρῶν legendum esse, uelut isthic indicavi: quanquam etiam hic κηρῶς pro κηρῶ legatur.

Pastillus subdititiis.) In hoc pastillo quod conuerti, & pastillos oblongos efforma, in græcis corrupte legitur, κηρῶν πλάττει ὑπὸ μίμης κλ. S. Quæ uerba nullam penitus sententiam exhibent. Ego itaque legendum esse puto, κηρῶν πλάττει ὑπὸ μίμης τροχίσκους: Aut certe κηρῶν πλάττει ὑπὸ μίμης κλ. ἑλ. Nam collyria etiam dici glandulas in anum subdititias, in commentarijs medicis declarauit.

Collyria ani

IN CAPVT XIII.

Aut superfluum humiditatem resiccando.) Græcè legendum est, ἢ βελ γυρῶνεναι: non πρὸς τὸ γυρῶνεναι. Præcedit enim ἢ βελ κηρῶν, & sequitur, ἢ βελ τὰς δειμνιτικὰς, &c. Et mox quod dixi, & quæ ex his compositorum uires habent: legendum κηρῶν ὅσα τῶν στωδεταιῶν, &c. Nam in græcis deest uox ὅσα. Et rursus lectio male distincta ac transposita, sic restituatur, κηρῶν στωδεταιῶν καὶ σπηγῶν δὲ πικρῶν τε καὶ ἄσφηνικῶν καὶ στανδραχῶν καὶ σφελκῶν, ἢ τῶν δὲ τρυφῶν κλ. στωδεταιῶν. τῶν τε δὲ πικρῶν τε καὶ ἄσφηνικῶν, &c.

Limnitide siue adarce, & sepia telta parata.) Hoc loco limnitidis uocem adarces uoce addita uelut exposui, ut ne quis in illorum errorem delabatur, qui per limnitidem, terram lemmiam accipiunt. Est enim Limnitidis eadem quæ & Adarce & adarcium appellatur, ut Galenus libro primo capite primo ἢ τὸ πρὸς aperte dicit. Et ipse Paulus infra cap. 19. in acopo barbarico exponit. Sic enim habet, λιμνιτικῶν, ἔστι δὲ ἢ ἄσφηνικῶν, &c. S. id est Limnitidis: est autem adarce, unc. S. Habent tamen exemplaria isthic falso λιμνιτικῶν. Appellatio inde esse uidetur, ὅτι ἐστὶν οἶοναι λιμναίου ἀκνὸνιον, ut Dioscorides ait.

Limnitidis

Adarce

Adarcium

Melitera Oribasij.) Hæc descriptio in Aldino codice sic legitur, χαλκίτιος, λεπιδῶν χαλκῶν, κικιδῶν, βαλαμισῶν, κηρῶν β. γ. ἀριστοχίαις μακρῶς ἀνὰ β. α. σιδίω, γιγῆς, ἀνὰ β. S. Quum autem cere usus in puluillis nullus esse possit, non dubium est κηρῶν uocem falso legi. Ego itaq; ipsam remouendam, & pro ipsa ὀρόβος uocem reponendam esse arbitror, ex eo coniecturam faciens, quòd etiam in præcedentibus puluillis eruum habetur. Lego itaque ὀρόβος adiecta uoce ἀνὰ, ut singulorum quadrans accipiendus indicetur. Et rursus post aristolochiam longam ἀνὰ uocem deleo, quæ fortassis ex illo iusto loco, in hunc ubi legi non potest, transiit.

suppositum pro sepis

Puluillus ex thure.) In hoc puluillo, itemq; sequenti aphroditario dicto, habetur Rhoidarium, quod nequaquam significat malum punicum, uelut sit diminutiuum ἄρ. ῥοῖδῶν. Sed Rhoidariū significat confectionem quandam ex Rhoe olere, quæ quomodo præparetur, docet Aëtius libro secundo capite sexagesimo octauo.

Rhoidarium quid sit

Puluillus ex oxymyr sine.) In hoc puluillo, Rhois coriarij sextantem, conuerti. Habentur tamen in græcis codicibus β. ιβ. id est uncie duodecim, quod pondus ut nimium non probo. At rhois sextans, id est uncie duæ, ad reliqua iustam habet proportionem. Sed & in sequenti Massaliote puluillo, falso legitur ὀπίον uox. Nullus enim usus est opium in his puluillis. pro ὀπίον uero lego ὀπίον, ut hæc uox ad vitæ uocem pertineat, & nitrum tostum accipiamus.

suppositum pro opion

IN CAPVT XIII.

Quantò rarior ac mollior cute, est superficies tunice in ore, &c.) Græca sic emendata legantur, ὀσωπρὸν ἀρκετόρα καὶ μαλακωτόρα τὸ δειγματῶν, ἢ ὑπὸ φανῆα τὸ ἢ τὸ σῶμα χιτῶν ὄσι. Et mox ubi legitur, καὶ γλυκῶν καὶ ἀμινῶν, legendum est deleto ἄ altero, & τὸ pro ipso reposito, καὶ γλυκῶν τὸ ἀμινῶν, ut de solo aminæo musto accipiamus, quod sanè ego id esse puto, quod ex uuis fit, quæ nostra uoce græcā referēte, Traminner beber dicitur.

suppositum pro aminæ uice

Stomatica ex moris composita.) Hæc compositio ferè ad uerbum habetur libro sexto Galeni de compositione medicamentorum secundum locos, & apud Aëtium libro octauo cap. 43. Nisi quod hic χυλῶν uox deest, ad ὀμφακῶν uocem apponenda: aut ὀμφακίς pro ὀμφακῶν legendum, ut non uua acerba, sed uua acerba succus accipiatur, qui priuatim ὀμφάκιον appellatur. Sed & reliquæ stomaticæ hic relatæ, isthic habentur, si quis forte usurus aut paraturus conferre uelit.

suppositum pro omphacium

Stomatica ex nucibus.) Quod hic conuerti, coquitur uelut ea quæ ex moris fit: in græcis corrupte legitur sic, ἐστὶν ἕως τὸ δισάμετρον. Ego lego, ἐστὶν ἕως τὸ δισάμετρον.

Eadem aliter.) Hic malorum punicatorum unâ cum putamine contusorū succi sextar. VI. conuerti. Debet enim in græcis legi κηκομυδῶν, id est contusorum, non ut exemplaria habent κηκομυδῶν. Quis enim ex istis succus colligi possit? Huius autem sextarij sex recipiuntur.

suppositum pro κηκομυδῶν

IN CAPVT XV.

Partim ex aqua, in qua decoquantur mala aut rose, cum quibusdam succis, uelut uua acerba, malorum punicatorum, myrti baccarum. Ammiscetur his

his mel, &c.) Horum uerborum lectio in graecis corrupta hoc modo in integrum restituitur, τε δε δζ υδ'ατθ, γν ωπρ αφε ψδντ μηλα η ροδα μετε λωνυ χυλω, οιου ομφακθ, ροιδυ, μύστωρ. μίγνυτου δε τδτοις μελιτθ, ετc. Sed paulo inferius transposita uerba sic restitue, λεπλωσι δε χηδωα κη κηλωσ κεραυνυμλνιοις υδ'αττ.

Apomeli ex Philagrío.) In hac descriptione pro τω κηρθ, lege τθ κηλειου: ετ pro κηρθδ'ες legendum κηρθδ'ες.

κηρθμ suppositū pro κηρειου

IN CAPVT XVI.

Sit aut aqua pluuiialis, &c.) Hanc quam hic conuerti sententiam rectissimam esse, sequentia ocularia medicamenta omnia declarant. Sed graeca lectio leuiter uitiata, sic restituenda est, τε δε υδ'αρ υμβροιου ετω διατε τθ λεπτομερεσ κημ τθ μετρωσ σφου αωτθ, ει μη οινω η χυλω τινε λειοωτω. κημ τριβω αωτθ μεν μεταλλικα, ετc.

Agglutinantur fronti, in quibus non sub caluaría humor.) In graecis hic falso legitur τω κυφειου, uelut una uox, pro tribus τω τθ σκυθιου. Quid autem sit σκυθιου, supra libro 6. cap. 7. dixi.

υκυφειου suppositum pro τθ σκυθιου υπανου oculi

Collyrium fuscum ad suppuratos oculos.) In graecis legendū est, non πωδσ τω τω πωπνσ, uelut ad suggillatos oculos, aut sanguine suffusos comodum medicamentum indicetur: sed πωδσ τω πωπνσ, ut suppuratos oculos intelligamus.

Collyrium ex hydria, id est uase aquario.) Hoc collyrium δι υδ'ελασ, ετ non δι υδ'ας appellatur. Recipit enim tosum, qui in hydrijs aeneis in quibus aqua calescit, concrescens reperitur. Atque hoc est quod conuerti ac dixi, Tofi qui in uasis calfactorijs aeneis reperitur. Sed in graecis codicibus falso legitur, τωρου τθ γν τοις δεσμοφορειοις αγ ειοις ευειστωμλνσ. Non enim in Thesomophorijs aut cerealibus uasis (sunt enim δεσμοφορεα Cereris sacra) hic tosus reperitur, sed in hydrijs aeneis calfactorijs concrescit: pro δεσμοφορειοις itaque αγ ειοις, legendum est δερμανυθειοις.

Hydriarū tofus δεσμοφορειοις suppositū pro δερμαντορειοις δερμαντορεα αγγεια Caldaria

Sunt autem δερμαντορεα αγ εια, in quibus aquam calfacimus, ετ quae Caldaria appellamus. Declarat hoc Galenus libro quarto τθ ηστ γην, ubi hunc tosum lapidi speculati uiribus similem esse dicit his uerbis, ελ αωτθ δι αωτθ δλω αμεωσ δει κημ υαλθ κηκαυμλνη, κημ τθ στωισαμλνου τωρωδ'ες γν τοις δερμανυθειοις χαλκείοις. Idem Galenus ετ primo ετ tertio commentario, in sextū Hippocratis υδ'ι δημιδυ, calculorum generationem in homine, eodem modo fieri dicit, quo generantur tofi in aquis natura calidis, ετ in uasis in quibus quotidie aqua calescit. Verba posterioris loci haec sunt, αωθις εις τλω κνσιυ ακικνεϊτου παχυ, κημ πεωπλαττειτου εδρ, κημ γινετω τωρωδ'ησ λιθθ, ωσπρ εκτθσ γν τε τοις αωθφνσι δερμοις υδ'ασιυ ορατω στωισαμλνθ, γν τε τοις αγ ειοις γν οις υδ'αρ οσημερα δερμαϊνετου. Legebatur tamen in Galeni loco ηστ γην cita-

Tofi generatio in aquis

to, τωρωδ'ες falso pro τωρωδ'ες, antea quam nos ετ graeca, ετ latina exemplaria emendaremus. At uero hic tosus, alijs etiam τωσάθυμυ dici solet. Sic Paulus supra lib. 3. cap. 67. τθ δζα ελ τωσάθυμυ ελ γν τοις χαλκείοις dixit, de cerato quod ex fece in aeneis uasis, in quibus aqua coquitur, subsidente paratur, sed ετ eo loco multa de his omnibus produximus.

Galeni locus τωρωδ'ες suppositum pro τωρωδ'ες υπεσάθυμυ

Collyrium Vranium. Terrae asteris lota quadrantem.) Graece sic, γνσ εσεεεετω πεπερειωσ σο. γ. Falso autem legi uocem πεπερειωσ pro πεπλυμλνσ, uel ex eo clarum fit, quod si duo medicamenta, terra samia, quae aster appellatur, ετ piper, essent accipienda, particulam αωα ponderi σο. γ. praepositam esse oportebat. Verum nec duo medicamenta recipienda indicantur, nec piper illum in hoc collyrio usum praebuerit. Sed terra aster lota indicatur, quemadmodum etiam in collyrio ex hydria habetur. Sed ετ posterior editio expresse γνσ εσεεεετω πεπλυ. σο. γ. habet.

πεπερειωσ suppositum pro πεπλυμλνσ

Collyrium ex opobalsamo.) In hoc collyrio piperis albi unciae sedecim leguntur, hoc est σο. ις. Quia uero nimium hoc pondus esset reliquorum proportione: Omnia enim sex unciarum sunt: mihi sane uidetur, aut Λ. ις. id est drach. XVI. legendum esse, aut senarij numeri nota, in eam notam quae dimidium significat, mutanda esse, ut σο. ι δ. legatur, ετ sesquiuncia accipiatur.

ετ suppositum pro 3

Collyrium aridum praeseruatium Galeni.) Hoc collyrium habet, ετ a se compositum dicit Galenus lib. 4. de compos. pharmac. secundum locos. Habentur ibidem etiam reliqua magna ex parte, quae hic habentur collyria, ετ longē quam hic plura, si quis conferre uelit.

IN CAPVT XVII.

Partim concoctoria, ex cera, ladano, &c.) Inter haec concoctoria medicamenta legitur etiam υσωπσ uox falso pro οισυπσ, quae suppositio non parum frequenter in graecis medicis occurrit, uelut etiam in comment. medicis ostendimus, ετ supra lib. 3. cap. 68.

υσωπσ suppositum pro οισυπσ

Mitigatoria uero etiam ab initio statim in summis doloribus commo-

dant.) Hic in graecis codicibus legitur, αωτθ τθ ακρωμ μαλλου δυθε τωσσι, quasi accipiendum sit

739

mitigatoria emplastra statim ab initio in extremis partibus commodare. Verum nisi penitus fallor, pro  
 μαλλ' ἢ ὑποσπι- μαλλ' ἢ ὑποσπι- legendum est ὁ δὲ ὡς, ut intelligamus mitigatoria emplastra statim à principio adhibenda  
 ἢ ὑποσπι- esse, si summi sunt dolores, non in extremis corporis partibus, sed his locis ubi maxime dolor hæret, et  
 ὑποσπι- urget. At principalium partium rationem habendam esse, satis constat.

Emplastrum ex herbis.) In hoc emplastro habetur ῥυπὲ λαός ὡς uox satis obscura quid si-  
 gnificet. Ego tamen oleum illud cum sordibus humanorum corporum permixtum, quum et in balneis,  
 et in palestris ac gymnasijs ungerentur, accipiendum putabo, donec quod melius et rectum est nobis  
 se offerret. Deinde Anchusam Onocleam, chærospelethron appellari dicit, hoc est ut ego uocem intelligo,  
 iugerum porcinum: quanquam ea appellatio non temere, neq; apud Dioscoridem, neq; alibi occurrat.  
 Meminit eius etiam supra lib. 3. cap. 42. postea ἐπιάνυρος ἀρνολώσος uoces, pro una plantagine se-  
 ptem nervos habente, quæ et maior à Dioscoride appellatur, accipio.

Emplastrum ex Apyrano.) Quæ sit radix Apyrani, quam hoc emplastrum recipit, et ex  
 qua nomen habet, nondum satis compertum habeo. Meminit huius medicamenti etiam supra lib. 3. cap.  
 23. et lib. 4. cap. 22. At id quod sequitur pyrinum, id est triticeum, ex pane appellatū puto. Recipit hoc  
 palmularum siue Nicolaorum libras duas. Sunt autem palmule hæc, Nicolai dactyli appellati per Augustū  
 Cesarem, à Nicolao Damasceno philosopho peripatetico, qui illos quotannis Augusto inde transmittere  
 bat, et alioqui ipsos dactylos, et morum suauitate, et corporis proceritate, et rotundæ ac plenioris fa-  
 ciei rubore referebat. Meminit in conuiuialib. quæ est. Plutarchus. Recipit emplastrū hoc etiam ἐλάττω,  
 id est palmæ corticem. Sed ἐλάττω falso pro ἐλάττωσος legitur. Sicut etiam uini Aminæi mensura sextarij  
 dimidij falso habetur, quum non sufficiat tam exigua mensura ad tot rerū cocturam. Ego itaq; pro ἔ. s. id  
 est sextario dimidio, lego ἔ. s. id est sextarios 6. Redūdat etiā particula ἀνά, ante hanc mensurā posita.

Pelarium ex recremento argenti.) Hanc descriptionē ad uerbū habet etiā Aët. ser. 15.  
 cap. 38. Ex quo loco docemur etiā hic legendū esse, πῶς ἀρσούματ' ἔ. ἔλλα δμοία, uelut cōuerti.

Emplastrum Cissinum, id est hederaceum.) Hoc emplastrū ab hederæ lachryma ap-  
 pellatum uidetur. Quia uero hæc inter cætera quæ recipit non habetur, excidisse certum est: sicut etiam  
 excidit galbanū, pro quo ad finem dicit terebinthinam iniiciendam esse, si nudus sit neruus. Quare post  
 olei unc. XVII. in græcis addendum est κισσὸ δακρύου, χαλβάνης, ἀνὰ ἴο. γ. Deest autem et æ-  
 ceti mensuræ nomen. legitur enim ὄξος ῥ. Ego itaq; κξ deesse puto, ut ὄξος κξ ῥ. accipiamus. Sed et  
 quod legitur, καὶ γυμνὸν ὑδίου, legendum καὶ γυμνὸν εἰς τὸ ὑδίου.

Emplastrum ex anchusa.) In posteriore descriptione falso habetur πρᾶσις, κόμωσ,  
 quasi duæ diuersæ res, marrubiū et gummi, recipiendæ essent, quod non ita habet. Est enim gummi huc  
 ineptum, ut cum anchusa et marrubio in oleo coquatur. Legendum itaq; est πρᾶσις κόμωσ, et reci-  
 pienda marrubij coma. Sed et ceræ albæ ad oleum adijciendæ pondus unciarum quindecim nimium est,  
 si ceræ ad oleum addendæ modum, ad finem huius capituli præscriptum, expendere uoluerimus. Ego itaq;  
 que non ἴ. ιε. sed ἴ. ε. lego, ut sit ferè æqualis ceræ ac olei modus. Manebunt autem de olei in quo her-  
 bæ coctæ sunt dodrante, ferè uncia quinq;.

Emplastrum Phycotyche.) Hoc emplastrum habetur etiam apud Aëtium lib. 14. cap. 2.  
 in paucis leuiter euarians, et cerussam saltem amplius habens. Ex quo loco patet phycotychem, nō phi-  
 locotychem, ut in Paulo habetur, medicamentum appellari: et ὡς ὁ πῶδου, non λεπῶν legendum  
 esse: οἰσὺ πον item et non ὑσώ πον. Quanquam satis obscura appellationis ratio existat. Meminit  
 eius etiam supra lib. 3. cap. 59.

Emplastrum Athena.) In hoc emplastro bis legitur ἀλόγος. pro prima itaq; scriptura, le-  
 gendum est ἀλός, et addendum ἀμωνικῶσ, quæ uox à scriptore relicta est, quia rursus sequitur ἀμ-  
 ωνικῶσ θυμικῶσ. Aëtius lib. 15. cap. 13. eandem habet descriptionem, paululum euariantē. Sed  
 longius euariat ea quæ est apud Galenum lib. 2. ἡ γύη.

Emplastrum ex dictamno.) Hoc emplastrum habet Galen. lib. 5. ἡ γύη. et ex ipso ad  
 uerbum transcripsit Aëtius lib. 15. cap. 13. sine. Quia uero res eadem sunt, pondera saltem in Paulo ab il-  
 lorum descriptionibus euariant, necesse est res quæ in Paulo desunt et exciderūt, ab illis petere ac adscri-  
 bere, maxime quum ipse Paulus postea earum mentionem faciat, ubi emplastri parandi modum docet.  
 Pro χιςῆσ itaq; legendum est ἰδὸς ἔυσος, et post δικτάμνωσ uocem χαλκῶσ κικαυμῶσ adscribendū,  
 cum particula ἀνά ante pondus inserta. et post uocē μάκνωσ, adscribendæ uoces, χαλβάνης, ἀλόγος,  
 rursus particula ἀνά ante pondus inserta. Ad finem etiam pro μολλωθῆσ, legendum est παχυθῆσ, et  
 pro δισκοϋγῆσ ω, legendum δισκοϋγῆσ ιϋ. Et hæc integra est lectio.

Emplastrum barbarum.) In hoc emplastro myrrhæ sextantem conuerti, pro eo quod græ-  
 ci codices habent ζγγὲ βερῶσ ἴο. β. Esse autem zingiber ineptum ad emplastra, et contra aptissimā  
 myrrham

myrrham, satis constat. Vnde uero sit ea erroris occasio, ut zingiber pro myrrha supponatur, supra in secundo libri quinti caput ostendi. Idem error admissus est etiam in emplastro Nicolai sequente, et in emplastro Icesio, et in Neronis emplastro, ubi similiter ζιγγιβέριος uox pro σμύρνυς uoce falso supposita habetur.

Zingiber pro myrrha suppositum

**Emplastrum ex cinere aspidum.**) Hoc emplastrum habetur apud Gale. lib. 6. et γγγ, et inde transcriptum habet Aëtius lib. 15. cap. 15. principio. Ex quibus locis satis edocemur, in Paulo falso legi λιθς ἀμακίτης, pro λιθς ἄσις, quem uterq; habet, et quem ipse Paulus recipiendum esse indicat, dum ad finem dicit, καὶ δὲ ἡ πηλοῦ σπῆνδρα λιθου ἄσιου.

asis suppositum pro αμακίτης

**Emplastrum Sphæron.**) In hoc emplastro nitri Berenicarium habetur, quod quale sit, lib. 1. comment. medicorum docui. Hic Paulus simpliciter sine nitri uocis additione, βενικαίου appellauit. Falluntur itaq; qui uernicem, itemq; qui alumen, ea uoce accipiunt.

Nitrum Berenicarium βενικαίου

**Emplastrum ex nitro.**) In hac compositione legitur, κρηθ, ἐλάει, κολοφωνίας αὐτὸς ἄς. Sed horum pondus nimis exiguum apparet, ad nitri quadrantem, et succi cyrenaiici drachmas decem excipiendas. Quare pro ἄς legendum arbitror, ἴο. ἄς. et sic etiam conuertit.

**Emplastrum aureum.**) Ad finem huius emplastri legitur, ὄξει λείπ το ἀρσενικόν, id est auripigmētum aceto terito. Estq; hæc lectio et recta, et aperta, ut mirum sit quosdam legere, ὄξει λείπ το ἀρσενόν, quum olei pondus antea sit expressum.

**Emplastrum ex urina muli.**) Hoc emplastrum habet Aëtius lib. 12. cap. 42. Sed olei uncias XXIII. recipit, ad urina, et spuma argenti a qualem modū, uelut hic Paulus habet. Quare Pauli lectio, quæ ἐλάεις πελάειδ ἴο. ἄς. id est olei ueteris mystrum unum habet, ualde mihi suspecta est, et fortassis ἴο. ἄς. id est mina una legi debet, quamuis neq; sic uncijs XXIII. Aëtij respondebit. Sed et si præ oleum, Aëtius adipis porcini unc. XV. adijcit, et parandi ac coquendi modum docet, ad quem nõ suffecerit olei à Paulo prescripti mensura.

suppositum pro ἄς

**De ceræ ad oleum addendæ modo.**) Hæc quæ hinc sequuntur usq; ad finem cap. huius, iuxta tituli promissionem, huc transtulimus, quum in græcis habeantur post pessos, ad cap. 24. finem.

Græcum exemplar transtulit

**Squama æris coquitur ut æs.**) Hic locus de utraq; squama, usq; ad Sori et diphryges, deest in græcis codicibus. Nos reposuimus ac transtulimus ex Aëtij lib. 14. cap. 25. Nam illic et hæc, et alia quæ hic habentur, traduntur ferè ad uerbum. Quod autem hæc exciderint, et non ultrò relicta sint à Paulo, declarant uerba quæ de diphryge habet, uelut qui squamæ mentionem fecisset. Sed et in diphrygis tractatione, μέσον τῆ ἐψύσεως legendum est, non μετὰ: quomodo etiam in atramento sutorio legitur, in quo tamen σφοδρότερον χρυσὸν legitur pro τελευτωτέρων, uelut Aëtius habet.

μετὰ suppositum pro μέσον σφοδρότερον suppositum pro τελευτωτέρων

**Aerugo. Perseuerans enim in coctura, primum melinum colorem inducit. Deinde duplicem faciem representans, postremò fuluum colorem efficit.**) Hic locus in græcis corruptus, sic restituendus est, ὑπόρτεινας γὰρ ἡ τῶν ἐπισμυ, πρὸς τὴν μὲν μιλίου ἐπάγει. εἶτα διπρόσωπον γινόμενον, τελευτωτέρων κίθρον ὑπόρτεινας τὸ χρῶμα.

**Cera. Aut resinæ, aut picis præcoctæ, & prius spissatæ cum alijs quæ inijci debent.**) Et horum uerborū lectio corrupta in græcis, sic restituatur, ἢ ῥηζίνῃ, ἢ πικρῇ πικρῇ ψύσει, καὶ πρότερον συστάσει, μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐχόντων ἐμβληθῶσαι.

**Pix. Modus autem liquidæ est, ut dum coquitur spissetur. Sicæ uero maxime cum aceto, ut non amplius bullas, &c.)** In græcis corruptè σωέψει pro σὺν ὄξει, quæ lectio si ex Aëtio restituatur, reliqua omnia recte se habent.

σὺν ὄξει suppositum pro σὺν ὄξει ὄξει suppositum pro σὺν ὄξει

**Ammoniacum.**) In hac de ammoniaco tractatione tres uoces corruptæ leguntur, γηδεῖνας pro σθηλώαι quod cribrari uerti: χουεακὰ pro χουεακί, quod strumis dicatum dixi: γλωῖσας pro λειώσας, quod leuigatum conuertit. Ex Aëtio. Sed et infra de thure ac manna, uox γλωῖσας supposita legitur pro λειώσας, id est trita ac leuigata.

γλωῖσας suppositum pro λειώσας

IN CAPVT XVIII.

**Malagma polyarchion, ex libris de compos. medicamen. secundū locos, Galeni.**) Polyarchium hoc ad uerbum transcriptum est ex 8. libro τῶν ἡπὶ τόπων. Sed in græcis Pauli exemplaribus μελελώτης uox excidit, ante ἀμώμης uocem reponenda, ut eodem pondere cum illo et sequentibus recipiatur, nimirum ἄς. Sunt etiam aliæ polyarchiorum descriptiones, eodem loco, et apud Aëtium lib. 5. cap. 34. Sicut etiam Paulus aliam mox subiungit.

**Malagma Philagrianum.**) Huius malagmatis descriptio finit in hæc uerba, οἶνος τὸ ἀρκεῖν εἰς τῶν τῶν ἡπὶ τῶν λειώσιν. Quæ uero sequuntur, hic locum non habent, sed pertinent ad Crocinum, cuius descriptio habetur capite uigesimo, uelut clarè patet, si quis res ipsas, et parandi modum diligenter



Græcorum codi  
cū ledio trans-  
posita

diligenter expendat. Quæ uero isthic pro his habentur, post uerba οἶνω λεία: etiam ipsa aliò pertinet, et non ad crocinum oleum siue unguentū, uelut eo loco uberius ostendam. Videtur hic error accidisse, ex chartarum in arcibus, ut uocant, dissectione, ita ut folia dissecta, postea adaptata sint, non ad ea cum quibus antea coheserant, sed ad alia. Itaque non hæc solum uerba, ex dissecta et huc nõ pertinente charta translata sunt, sed et sequentia usque ad malagma odoratum omnia, huc non pertinent, sed ad finem XX. capituli post crocinum locanda sunt. Non enim malagmata sunt, sed olea et ungenta, mendesium, marciaton, gleucinum nardinum, decamyron, pentamyron, et foliatum: ad cuius finem pertinet ea quæ græci codices, post crocinum habent: ita ut hoc loco post malagma Philagrianum, sequatur mox malagma odoratum, et interposita omnia ad XX. caput transferantur, et post crocinum locentur. Ex eodem certè errore etiam supra ceræ ad oleum addendæ modus, et cocturæ eorum quæ in Emplastra mitantur ratio, ad capituli decimiseptimi finem pertinens, post pessos translata fuit, ad XXIII. capituli finem, uelut supra quoque monui. Nos hæc et alia omnia suis locis in proprios nidos reposuimus, et ualde miramur ueteres manuscriptos codices non monuisse eos qui horum iactant lectionem et positionem: quum nos hæc non ex ueteribus codicibus, sed industria quadam deprehenderimus, uelut singulis locis declarabimus.

IN CAPVT XIX.

Galenii loci

Acopon foetidum, ex opere Galeni de compositione medicamentorum secundum genera.) Hoc Acopon ad uerbum habet Galenus libro septimo τῶν ἰσχυρῶν, nisi quod ceræ et terebinthinæ singulorū drachmæ octo illic leguntur, hic uero singulorū drach. XXIII. quod triplum est illius ponderis. Sed et sequens Acopon foetidum Galenus eo loco habet, in rebus penitus idem, sed ponderibus euarians. Ego itaque Pauli lectionem ad Galeni præscriptum, emendam puto, et drachmas pro uncijis substituendas in his rebus quæ sex unciarum pondere recipiuntur. Nam tot unciarum pondus nimium esset ad reliquorum proportionem. At sicut in his rebus nimium est pondus apud Paulum, ita Terebinthinæ pondus drachmarum XV. in ipso est imminutum, et similiter ex Galeno emendandum ac ampliandum, ut non L. iſ. sed L. vſ. hoc est quinquaginta sex drachmæ, non sedecim legantur. Est enim dupla proportio terebinthinæ ad ceram, quæ drach. XXVIII. pondere recipitur. Quin et barbaricum ex euphorbio acopon, ibidem habet Galenus, ex iisdem penitus rebus constans, sed pondera ceræ, terebinthinæ, et oleorum uariant. Videntur tamen inter se, apud utrumque proportionem habere, si quis expendere uelit.

Modius sextarios sedecim habet

Acopon ex abiete, Galeni.) Hoc ex abiete acopon habet Galenus libro quarto de sanitate tuenda. Et recipit seminis abietis modium unum, et olei heminas siue libras uiginti quinque, et ceræ lib. III. et resinæ abiegnæ et strobilinæ, utriusque trientem. Et hunc modum habet etiam Aëtius libro duodecimo capite quadragesimo quarto. Quare prior in Paulo descriptio, quæ olei lib. XV. præfert, corrupta esse uidetur in olei mensura. Sicut etiam illud corruptè legitur, μόδιος ἰταλικὸς ἄ. τριῖς ἑ. iſ. Nam ἑ. iſ. legendi sunt, si uelut ad huius libri finem Paulus docet, modius chonices octo, et chœnix sextarios duos habet. Sed corruptius adhuc posterior descriptio habet, τριῖς καὶ πέντε ἑ. ἐλάτης ἑ. ἄ. τριῖς ἑ. iſ. Legendum itaque et hic ἑ. ἄ. τριῖς ἑ. iſ. Sed et resinæ pondus uitiatum est, et pro libris unciæ legi debent, sic ῥητίνης ἐλατίνης ἰο. γ. σποβιλίνης ἢ τὸν εὐβινίνης ἰο. γ. Aëtius enim terebinthinæ folius sexuncem indit.

IN CAPVT XX.

Libræ suppositæ pro uncijis

Susinum compositum.) In hoc Susino haud dubiè falso legitur, καὶ λάμυρα ἀρωματιστῶν λι. ε. et καὶ σαμῶνα λι. γ. Non enim fieri potest, ut tanta rerum moles, octonis libris recepta, ab olei sextarijs tribus comprehendatur. Nos itaq; λι. ε. et λι. γ. legimus ἰο. ε. et ἰο. γ. cōuertimusq; calami aromatici quincuncem, et cardamomi quadrantem, ut calamus myrrhæ, et cardamomum cinamomo respondeat in pondere.

Violaceum.) Hic falso legitur, εἰς τὸν ἰταλικὸν ἑ. ε. ἐλάτ. οὐμφακίν. pro ε. itaque et reponendum esse, indicant singulares casus, τὸν ἰταλικὸν, ut de uno sextario accipiendum sit, etiam si nullius numeri nota sit adiecta. Et alioqui nulla est proportio sextariorum quinque olei, ad uiolarum quadrantem.

Melinum.) Hic falso unciæ tres malorum cydoniorum in olei sextarios decem iniiciendæ scribuntur. Itaq; pro ἰο. γ. legendum λι. γ. id est libræ III.

Raphaninum.) Hic legendum in græcis, καὶ τὸ ἀπὲρματ. τῶν λεπτῶν ῥαφάνων κοπτομένων, καὶ διακερυμμένων τὸ ἐλάτ.

Balaninum.) Græci codices sic habent, καὶ τὸ βαλάνιον δὲ πρὸς ἀπλοῖς τὸν ἀπλῶ ἄμυγδαλίνα γίνεται, ἀπὲρ τῶν γὰρ ταῖς ὄρουσι βαλάνων. Hoc autem falsum esse, et nullum oleum ex quæ

ex quernels glandibus exprimi, sed ex glandibus ungentarijs appellatis, Dioscor. lib. 4. testatur his uer-  
 bis, τὸ γὺνδὸς inquit δλιβόριον ὡσπερ τὰ πικρὰ ἀμυγδαλά, ἕξικισμ ὑγρὸν, ὡ εἰς τὰ πε-  
 λυτὰ λή μύρα αὐτ' ἐλάει χροῦτου. Quare Pauli locus haud dubie corruptus est, et sic emendandus  
 uelut nos quosq; conuertimus, καὶ τὸ βαλαμίνου δὲ πρὸ ἀπλοσίως ἕξ ἀπλῶ ἀμυγδαλίω γίνε-  
 σαι, δὲ ἀπ' τῆν γὺνδὸς δ' οὐσι βαλαμίνου ἀλλ' ἀπ' τῆν μυρικήων καὶ λυμίνων βαλαμίνου. Ad  
 eundem modum Aëtius lib. 1. parare docet, et myrobalaninum appellat.

Glandes quernae  
 Glandes ungentariae  
 βάλανοι μυρικήων

**Laurinum.)** Et hic graeca corrupta, sic emendata lege, ex Aëtij lib. 1. τὸ δὲ συμμυγὲς ἔτω.  
 πρὸς εἰ. ἔσεται τῆν πεπείρωτον ἐλαίου, ἔσεται τῆν λαφνίδωρον ἐμβάλλεται α, ε.

**Cyprinum.)** Hic falso graeci codices habent κυπέρη τὸ ἀνθὺς λι. α. pro recto κύπρη τὸ ἀνθὺς λι. α. Non enim cyperi flos huic oleo nomē dedit, etiam si ipse quōq; in hoc recipiatur, et alijs flos iunci quadrati ac angulosi appelletur. Sed flos cypri, id est ligustri arboris non ita magna, et omnibus satis nota ex albo flore.

κύνηρ suppositum pro κύπρη  
 Ligustrum arbor

**Amaracinum.)** In hoc falso legi, ἐλάει πρῶτ' εἰς ἔ. β. minimē dubitabit qui uel specie-  
 rum quae immittuntur proportionem respexerit, uel aliorum, ut mastichini aut irini, collationem fece-  
 rit, in illud enim olei sextarij quinquaginta, in hoc triginta sumuntur, ut certum sit magnam quandam  
 olei mensuram etiam hic recipiendam esse, incertum uero quae nam illa existat. In Aëtio ea siue excidit,  
 siue relicta est ultrò, et cuiusq; arbitrio permessa. At Paulus praescripsit non ἔ. β. ut exemplaria ha-  
 bent, sed ἔ. π. uelut ego legendum puto.

**Crocinum, in quo etiam alterum crocomagma.)** In hunc locum post uerba οἶνον  
 λαίαν. transferenda sunt in graecis codicibus uerba quae supra cap. 18. ad malagma Philagrianum accre-  
 uisse dixi. Ea enim crocini parandi modum docent, et crocomagmatis mentionem faciunt. Et non ea so-  
 lum uerba hic transferantur, sed et sequentia omnia in illo capite supposita, usq; ad malagma odoratū,  
 quod post Philagrianum statim isthic sequi debet: ita ut foliatum huius uigesimali capitis ultimum locum  
 teneat, et uerba quae iam falso cum crocino coherent, ad foliatum adijciantur. Eius enim descriptionē  
 absoluunt. Meminit autem supra cap. 12. inter pastillos, alterius quoq; crocomagmatis mentionē in cro-  
 cino se facturum esse, id quod nunc hoc loco facit.

Graecorum codi-  
 cū lectio trans-  
 posita

**Mendelium.)** In graecis uidetur legendum esse, γὺνδὸς καὶ ὁ μύρδ' οὐς σέβεται: exemplaria ta-  
 men habent τρῆφε τῶν. Et potest tum pasci, tum coli hircus intelligi. Viua enim animalia Aegyptij tum  
 seorsim pascebant, tum pro dijs colebant. μύρδ' οὐς autem et hircus, et Pan, Aegyptiorum lingua uoca-  
 tur. Deinde τρῆφεται γὺνδὸς λι. ι. et non λι. α. legendum est. Et ἐτῶρας ἡμέρας ἔ. et non ζ. ita e-  
 nim supra dixit, et uox ἐτῶρας indicat.

Crocomagma duplex  
 Mendesium  
 μύρδ' οὐς  
 suppositum pro ἔ

**Ungentum ex una acerba.)** In secunda iniunctione huius ungenti, falso habent exempla-  
 ria graeca, partim β. ἐμβόλι φύλλα, partim β. ἐμβόλι δ' ἔ. κερσοφύλλα. Est enim simpliciter le-  
 gendum tituli loco β. ἐμβόλι. Et deinde sequuntur medicamenta secundò iniicienda, φύλλα ἁμώ-  
 μος, καὶ ὑστὶ χυ. id est folij, amomi, spicae nardi. Sed et hic ἁμμωνιακῶ falso legitur pro ἁμώμω.  
 Hic enim aromata iniiciuntur. Et tertio loco succulenta, inter quae et ammoniacum.

ἁμμωνιακῶ sup-  
 positum pro ἁμώμω  
 Decamyron  
 Decameron  
 Aëtij loci

**Decamyron.)** Hoc siue à decem partibus decameron, ut Aëtius habet, siue decamyron, uelut  
 ungentum decem res complectens, appelletur, non multum refert. Ita etiam de pentamyro sentiendum.  
 Verum quod in Paulo, καὶ δ' λι. γ. leguntur, hoc ut corruptum, ex Aëtio lib. 12. cap. 44. emendandum  
 ducimus, et legendum καὶ δ' ἴο. s. Ita etiam in pentamyro, pro eo quod Paulus ὀποπῶν καὶ ἴο. δ.  
 habet, ex eodem Aëtio, ὀποπῶν καὶ ἴο. δ. legimus.

**Foliatum.)** Graecos codices ita hoc loco emenda. Primum legatur φωλιατόν tituli loco. dein-  
 de sequantur medicamenta, φύλλα ἴο. γ. ἁμώμω ἴο. α. (est autem et hic ἁμμωνιακῶ pro ἁμώμω  
 suppositum) καὶ σίαιος ἴο. s. λαδ' αὐς: Et iam sequantur, quae ad crocinum post uoces οἶνον λαίαν, ad-  
 dita erant, ita ut primum deleatur uox πρὸ ἀποθείξαι, quae nullum hic locum habet, et sequatur lada-  
 ni pondus, ἴο. α. τρεπείρεως λαδ' καὶ κόκκοι μ. et caetera usq; ad finem. Nisi quod pro καὶ δ' λι. α. s.  
 quod penitus in fine habetur, legendum est, καὶ χροῦ. Ex Aëtij lib. 10. cap. 115.

Foliatum resti-  
 tutio

IN CAPVT XXII.

**Thymiamata id est suffimentum rosatum.)** In hoc thymiamate habetur βδέλλιον  
 ὀνύχων, ut de bdellio quod onyx appellatur, aut de bdellij unguibus accipiendum uideri possit, de qui-  
 bus multa lib. 8. cōment. med. produximus. Verum quia in sequentibus suffimentis, et bdellium per se ha-  
 betur, et onyches item per se leguntur, etiam hoc loco diuerse res accipiendae sunt, et distinctim legen-  
 dum, βδέλλιον, ὀνύχων. Sunt autem ὀνύχες conchylij Indici testa odorata in suffitus apta.

Bdellium onyx  
 ὀνύχες

**Cyphi magnum quod Solare uocant, ex rebus XXXVI.)** Vtriusq; cyphaeos  
 descriptiones sunt etiam apud Aëtium lib. 13. cap. 116. sed uariant aliquantum, ut conferenti patet. Ma-  
 gnum

Cyphi duo  
 gnum

gnum solare appellatur. Quare ἡλιακῶν legendum est, non ἡλιακῶν aut νηλιακῶν, ut quidam putāt. Nam paruum σελῶν κῶν, id est lunare uocatur.

IN CAPVT XXV.

Succedaneorū tractatio

Quandoquidem hæc de succedaneis tractatio, ex Galeno transcripta est, & priores Galeni editiones ipsam ualde corruptam ac decurtatam habent, apposuius hoc loco eam, quam in nostra Galeni operum grecorum editione reposuimus, pro illa quam ex Paulo rursus in Galenum transsumptam apparet, quum genuina Galeni tractatio nondum extaret. Tametsi enim breuitatis studiosus Paulus hæc ultrò decurtasse uideri queat: tamen magno dispendio ignorantur, quæ per eiusmodi compendia publica cognitione priuantur, ac silentio uelut ad interitum damnantur. Apposuius itaq; genuinum ut arbitramur Galeni de succedaneis libellum, cum Pauli præfatione, quam suo more decurtauit. Non solum autem genuinum Galeni libellum hic exhibemus, sed eum ipsum etiam subinde uitiatum emendauimus, uera lectione restituta, id quod ex collatione aliorum exemplarium studiosos cognoscere malo, quam longiore mea hoc loco commentatione. Ex his tamen quæ insignia sunt, pauca adscribam, ut sint ea, ad alia iudicanda, uelut exemplar & norma. Quod igitur conueri, pro buprestii, blattæ capite detracto: habet exemplaria, ἀντὶ βυπρηστῆως, σιλφαι βδ' εσσαι. At ego non σιλφαι βδ' εσσαι legendum puto, sed σιλφαι κεφαλῆς δεδσως, aut abbreviata scriptura, σιλφαι κ' δεδσως. Atq; huius meæ opinionis rationem per longum redditam habes lib. 5. comment. med. Quod uero dixi, pro castorio, silphium: ex ueteris Galeni codicis uestigijs inductus feci, & uidetur silphium castorio uiribus magis respondere, quam blattarum capite detracto intestina. Sic enim greci codices habent, ἀντὶ καστορίου, σιλφω κ' δεδσω γν' τρω (quanquam & hic βδ' εσσω γν' τρω legatur.) Quidam tamen codices ostendunt hanc lectionem ἀντὶ καστορίου, σιλφω κ' βδ' ελω γν' τρω: quæ ego in præsens in medio relinquo. Quod transtuli, pro casia, cinamomi dimidium, aut herba sabina: ex eo rationem habet, quod scripsit, pro cinanomo, casia duplum, aut herbae sabinae duplum. Nam haud dubie falso habent greci codices, ἀντὶ κασοίας, μάννα κινάμουμου διπλω, ἢ βεάβυ: pro recto ἀντὶ κασοίας, τὸ ἡμισυ κινάμουμο ἢ βεάβυ. Sed sufficiunt hæc uel studiosis ad reliqua iudicanda, uel mihi, qui corrupta solum emendare, & aspera dedolare institui, non de singulis, uelut qui iustum commentarium scribat, rationem reddere: & quasi omnino ignaris hæc concinasset, omnia certo docendi ordine persequi ac exponere.

Silphium pro castoro

Cinamomi dimidium pro casia

IN CAPVT XXVI.

Porrò linea circumflexa, quam nihil aliud circumstat, &c.) Hic locus in grecis codicibus sic emendetur, ἢ δὲ ἀπορίστωσ πδωσσωμωλή γραμμή πλαγεία τεθεία ἡπ' αὐτῶ, ὀβολοῦ δ' ἡλῶι . αἰ δὲ δ' ἴο ἀπορίστωσι, δ' ἴο ὀβολῶσ ε. Postea quod dixi, Magnum enim mystri magnum acetabulum unum, & tertiam ipsius partem, in grecis defectum habet dictionum duarū, κὰτ' ἑπὶ τῶ. Sic enim legi debet, τὸ γὰρ μέγα μύστρον ἔχει ὀφύβαρον α'. κὰτ' ἑπὶ τῶ. Reliqua in uniuerso hoc Pauli Aeginetæ opere, aut ex nostra translatione cognosci possunt, aut per se satis leuila plana; ac expolita existunt: neq; dolabellis amplius adhibendis opus habent, modo non quis ipse nō satis dedolatus huc accedat, & ad spinas non hic repertas, sed à seipso illatas offendat.

Mystri magnum acetabulum unum

IANI CORNARII MEDICI PHYSICI, DOLABELLARUM IN PAULUM AEGINETAM, LIBRI SEPTIMI AC ULTIMI FINIS.

BASILEAE PER IOANNEM HERVAGIVM IVNIOREM, ANNO M. D. LVI.



